L. lat. 579.

RUDITIONIS
SCHOLASTICÆ
*PARS PRIMA,*

# VESTIBULUM,

## RERUM ET LINGVARUM
Fundamenta exhibens.

*Olim*
*In Uſum Scholæ Patachinæ*
*editum.*

**EDITIO DUODECIMA.**

Novâ ac meliori formâ denotatâ,
cæteriſque omnibus longè correctiùs emiſſa.

LEUTSCHOVIÆ,

TYPIS BREVERIANIS,
Annô 1699.

A M. N. MÚZEUM KÖNYVTÁRÁBÓL

*Senec. Quæſt. Natur. VII. Cap.* 31.

Rerum Natura ſacra ſua non ſimùl tradit. Initiatos nos eſſe credimus, in *Veſtibulo* ejus hæremus.

# JOHANNES COMENIUS.

## STEPHANO TOLNAI

In illuſtri Patachina, auſpiciis Celſiſſimi Principis Tranſylvaniæ feliciter reformari cæpta Schola, renunciato Claſſis primæ, Præceptori primo.

*Salutem & Divinam Benedictionem.*

*Ergonè ſic fata tulerunt, mi Stephane, ut illuſtris hæc in deſideratum melioris Methodi ordinem redagi cæpta Schola, te primum ordinarium primæ ſuorum militiæ ſalutet Ducem! Non invideo debitum Virtuti tuæ honorem: ob quam tùm ipſe ego Dei & Celſiſſimorum Principum voluntate nuper huc delatus. Te inter primos amore complecti cæpi; tùm alii cùm primæ huic claſſi idoneus quæreretur Moderator: unanimiter in Te conjecerunt oculos, ſuffragiisq; ſuis huc promoverunt: ut angulares ponendi Latinitatis lapides Tibi demandanda videretur provincia. Gratulare Tibi amice, de tot tamq; honeſtis de Te judiciis; Nec Te quidquam moveat, quòd quibus ſequentium cura tum committenda erit, cum Deo & die profectura. Te ideò videbuntur altiores, quia Discipulis à Te egreſſis altiora Scientiarum ſemina inſtillare debebunt. Tuum enim Tibi nemo præripiet honorem primum Te hic meliori Methodo Juventutis formatorem fuiſ-*



ſe

*ſe ſalutatum: neq; poſthac ad alias Claſſes aditus, niſi per tuam patebit. Quin & rem ipſam ſi intueamur, nihil eſt cur ſibi quisquam primæ ætatulæ formator magis displiceat, aut illum inſequentes ſibi magis placeat, quam inter opifices fieri conſvevit; dum alii ædificio fundamenta ponunt, alii fundamento parietes ſuperſtruunt, alii conclavia exornant, alii demùm faſtigia imponunt. Unum enim idemq; Opus agunt omnes: pariter de laude participaturi, ſi pari diligentiâ omnia ſuâ peracturi. Neq; concertamen permittatur, determinare foret facilè, utris plus laudis aut præmiis primisvè illis an ultimis, debeatur: cum ſuperiora plus quidem apparentia, at inferiora plus ſoliditatis Ædificio conferant; uſq; adeò, ut ſuperiora illa ſine his inferioribus non eſſent: neq; rectè poſitis illis corruerent. Ut tandem ad inferiora plus redeat laudis, quia plus usus: quippe quæ ſuâ ſiſtant, & ſuperſtructa ſibi ſuo robore ſuſtentant: hæc autem ſuſtentãtur tantummodò & quod habent aliunde habent. Nec eſt in Bello, cur ſe inferiorem credat Legio, quæ in hoſtem immiſſa primùm vim ejus infregit, præ legionibus illis, quæ reſtando pleniùs hoſtem proſtraverunt: Victoria enim communis eſt. Quinimò plùs eorum laudari ſolet fortitudo, qui primò hoſtili robore fracto hoſtem vinci poſſe fecerunt, quàm qui debilitatem jam vicerunt. Nec inter nutritiva Corporis noſtri membra (ſtringam id quoq; obiter) ideò Bucca & Ventriculus Hepati, Lieni, aliisq; interioribus honore cedunt, quòd aſſumpta alimenta illa quidem primùm excipiat & dentibus conterat, iſte verò coquere & per majora dividere incipiat; hæc demùm pleniùs concoquant, ſubtiliusq; digerant, Nutritio ſiquidem una eademq; eſt, diversâ ſic diverſorum membrorum operatione peragenda, ut æquè neceſſaria omnia ſint, nec prioritatẽ aliam præter temporis admittãt.*

*Verùm mittamus hoc, quòd attingere non ideò volui, quaſi te ambitioſum, & ſtatione, qua te divinæ providentiæ vis collocavit, non acquieſcentem, ſuſpicer: ſed ut tibi de his honoris primitiis gratuler & imprudenti alicui Spartam tuam apud te vel apud ſe extenuandi occaſionem præcidam.*

*Ad rem venio, ut te hanc tuam, quam nactus et Spartam ornare doceam. Feres enim in hac palæſtra novitius moneri confidenter, quomodo ſolent ab Architecto idearum ædificii non ignaro, conducti operarii. Leges quidem Methodi generales, ali-*

*alibi habes deſcriptas, repeti eas hìc nihil eſt neceſſe: nec eſſe de ſpeciali prudẽtia, in tuis hìc ſpecialibus penſis adhibẽda moneri.*

*Accipis tu in Claſſem tuam, (& accipies poſthàc) primos Latinitatis Tyrones: Legendi quidem & ſcribendi vernaculè non ignaros, nec tamen adhuc accuratè habitum aſſequutos. Hos, igitur quosq; deducere habeas, & per quam viã, & quibus elegantibus compendiis, non ignorandum tibi eſt.*

*Scopus Veſtibularis tuæ claſſis (ita enim apellabimus) eſt; Præparare Latinitatis Tyrones ad Januam, & per hanc in Atrium Latinitatis ita ingrediendum; ut hoc ipſum Latinitatis ſtudium, toti ſapientiæ ſtudiorum curſui feliciùs abſolvendo potenter ſerviat. Cujus præparationis ſeptẽ ſunt veluti gradus.*

1. *Latina omnia (typis & manu ſcripta) legere poſſe promptè, ſine hæſitatione ullâ.*
2. *Pronuntiare omnia rectè & articulatè, contra Accentuum corruptelam & literarum abſorbitionem.*
3. *Schribere quoq; manu promptâ, & charecteribus quàm poteſt pulchris, indiſtortis mutuò non implicatis, ſed undique diſtinctis ac legibilibus. Quales cùm tui ſint, ideò etiam te huc elegimus, ut multos reddas tui ſimillimos.*
4. *Ediſcere lingvæ latinæ radices, rectè intellectas, recteq; rebus ſuis applicatas.*
5. *Addiſcere his reſpondentes voces vernaculas, applicandas itidem rectè, tùm latinis vocibus, tùm rebus ipſis.*
6. *Declinare & conjugare omnia analoga exactè.*
7. *Et quia libellos claſſicos ita comparatos eſſe voluimus, ut Encyclopadiæ medullam contineant, ſenſimq; ſine ſenſu inſtillent, hos ad ungvem intellectus & memoriâ teneri, Alphabeti inſtar, curabis.*

*Acceſſorium erit Matheſeos prægustus. Arithmeticæ præſertim & Muſicæ.*

*Ad has metas ſi tu tyrunculos tuos ritè deduxeris, magnæ Eruditionis colligendæ fundamenta ſolida poſueris, quum ad Autharum multam lectionem, rerumq; optimarum multam ſelectionem, nihil tàm conferat, atq; libros verſando oculis, Lingva, manu, Mente promptum eſſe. Quòd ut ſtudiorum candidatuli noſtri aſſequantur, tu præ aliis ſequentium Curiarum moderatoribus allaborabis: quia tibi hoc propriè qui La-*



tinæ

tinæ Literaturæ Fundamenta ponis, ut integra ponis & ſoli-
da, ſolideq; incumbit. Ideò ego te tanquam totius Architectu-
ræ noſtræ fundatorem, in adminiſtrandis hic prudentèr omni-
bus, quàm indefatigatiſſimum eſſe cupio. Quia n: errores con-
junctionis primæ non emendari in ſecunda, vel tertia, ſed con-
tracta illic membrorum ſemina per totam Nutricationis offici-
nam ſpargi obſervant Medici: certumq; eſt, nec in animis Eru-
ditione ſaginandis aliter evenire poſſe, quàm ut admiſſæ circa
prima fundamenta mendæ, mendoſam reddant reliquam
ſtructuram, ſeu ex toto, ſeu ex parte: fieri non poterit, quin er-
rent cæteri Collegæ tui, ſi tu tyrones latinitatis formando ab-
erraveris.

Quæ cauſa eſt, cur te accuratiùs inſtruendum putem: quò
& tu erres minùs, & illi pariter hæc, tanquàm ſibi dicta, in u-
ſum ſuum transferre valeant.

Principio a, illud Quintiliani tibi refricandi occaſio mihi
eſt. Optimus quiſq; Præceptor frequentiâ gaudet, ac majore
ſe theatro dignum putat, Cur a. hoc? Ut ne trepides, ſed exul-
tes, quòd tibi ſpe amplior contigit Diſcipulorum numerus: du-
bioq; procul poſthac ſemper frequentiſſimam habebis Claſſem.
Sed quantacunq; futura ſit, tu te majori theatro dignum puta.
Nam non ſperabo te mihi jàm dicturum, quòd nuper. Si mo-
do ſufficiam? Quippe qui Methodi noſtræ compendia jàm ſpe-
ctare, imò exercere felicitèr, cæpiſti. Nec tibi methodo noſtrâ
majorem fore à decem diſcipulorum Decuriis, quàm nupèr
fuit (vulgari viâ) à decem diſcipulis, moleſtiam jàm vidiſti,
& expertus es, & expertus quotidiè lætaris, & lætantur ipſi
diſcipuli, ſvavitèr ſe ac jucundè ita manuduci videntes. Quòd
quâ ratione fiat, nihil jàm eſſet opus doceri te, qui ſcire te
hos praxi oſtendis: conſignari tamē id non oberit aliorum cau-
ſa; ſive qui tibi hic ſuccedent in functione, ſive quia alibi
methodum hanc imitari fortè induxerunt animum.

Summa compendii eſt: Quòd non doces ſingulos, ſed cun-
ctos: nec accedis ad quemquam, ut aliquid oſtendas aut loqua-
ris & præcipias, admiſſumve vitium emendes, ſoli uni: ſed
Solem imitatus cœleſtem, cintines te in ſublimi cathedræ tuæ
cœlo: inde oculorum radios obvertens omnibus; & voce ſono-
râ circumrotans omnes; & ut quòd præmonſtratur, præcipi-
turq; omnibus, videant, audiant, percipiantq; ſinguli, mox



jam ab hoc jam ab illo requirens: ut nemo non ſtatim à ſe requi-
ſitum iri, quicquid dicitur aut oſtenditur, metuens, in atten-
tione ſe contineat ſemper. Quam tu ut acuas, magis jubes,
quicunque penſum præſens toties è libro iteratum, reddere
confidit memoriter, ut reddat. Reddunt igitur feliciores in-
genio, alius poſt alium: quos tardiores (ipſâ morâ, & toties re-
citantium repetitione adjuti) ſubſequuntur; donèc & tardiſ-
ſimi tandèm aſſequantur omnia. Quam de ingenii celeritate
veluti concertationem tu latus ſpectans, de ejuſq; ingenii bo-
nitate judicas: certus, quicquid unus tuorum ſcit, non ignora-
re cæteros; quum neſcire, quòd ſic diſcitur, poſſit nemo.

Hæc generaliora ſunt, de methodo uniformi, tibi ſemper
obſervanda, per omnium præmonſtrationem, explicationem,
imitationem, quicquid eos doces, aut docebis unquam. Eo
fine, ut nulla hora, nedum dies abeat, quin nova fiat eruditio-
nis acceſſio, novuſq; in ſtudiis progreſſus. Particulariter mo-
nendus es, de libelli tui claſſici ſtructura, tum uſu, quomodo
tibi practicè pertractandus ſit.

Frontem occupat ut vides, rerum nomenclaturæ rudimen-
tum, è vocabulis totius lingvæ primariis potiſſimumq; primiti-
vis, contextum: non in congeriem; ſed ordine artificioſo.
Nam ad externum aſpectum ordo Grammaticus eſt: quia ca-
pite (poſt introitum) primo recenſentur nomina rerum
Subſtantiva: ſecundo Adjectiva, tertio Pronomina, quartò Ver-
ba, quintò Adverbia, [Participia cum à Verbis tantum for-
mentur, inter primitiva peculiarem habere claſſem nequeunt]
ſextò Præpoſitiones, &c. Et tamen ordo hic, Ordo ſimul rerū
eſt intimus: dùm initio enumerantur res ipſæ: tùm rerum
modi fundamentales: primaria ſcilicet rerum accidentia.
Mox rerum & accidentium, commonſtrationes breviculæ:
Inde tranſitur in ſpectandos rerum, motus, actiones & paſſio-
nes. Sequuntur earundem Actionū & Paſſionū modi: Et
rerum actionumq; circumſtantiæ: Tùm variæ rerum, actionū
circumſtantiarumq; cohærentiæ. Ita per ſummos Cardines
ſuos rerum & verborum compages revolvitur. Addimus ta-
men de verbis derivatis & compoſitis, ut inter voces primiti-
vas & ortas diſcrimen obſervare, eoq; mentem Lingvarum Ja-
nuæ vocum apparatum totum explicaturæ, præparare in-
cipiant.

*In hac autem initiali rerum mundi luſtratione ſerium mihi propoſitum fuit Paradiſiacam tibi aperire Scholam: ubi non alius tibi labor eſſet, quam colludere tyrunculis tuis, ſicut ibi tyroni ſuo propemodum adhuc infanti, Adamo colluſit Deus: ſuas illis recens factas commonſtrans vivas imagunculas, earumq́; addiſcere jubens nomenclaturam. Hoc eſt, velui libellum hunc Veſtibularem picturis, rerum formas ad vivum exprimentibus ornare, ſuam ſingulis apponendo nomenclaturam: tùm ut faciliùs huc allicerentur puerorum ingenia, tùm ut impreſſione rerum primæ fierent accuratiores. Sed non ſucceſſit propoſitum (tametſi factum jam eſſet initium) ob artificum hîc loci defectum. Quem defectum induſtriâ Tua penſari neceſſe erit. Diligenti Vocabulorum omnia explicatione, rerumq́; quas ſignificant quali quali repræſentatione. Vitam & animam inſtitutioni tuæ defuturam certus eſto, niſi res hic tyronibus aſſignatas, aut commonſtraveris (ſi præſentes haberi poſſunt, vel ſaltèm imagines earum aliquæ) aut circumſcribendo ſic inculcaveris, ut quomodo capiant tandem. Rerum enim & verborum parallela articulataq́; cognitio, profundum illud methodi myſterium eſt, quô vagas naturâ ſuâ mentes captivare, & ad rerum ſenſuumq́; medullas deducere, intendimus. Hic ergò ut nobis gnavus ſis, intentionibusq́; noſtris accuratè ſubſervias, vehementèr te oro, Capiant quantùm capiant de rebus, quas illis familiariter aut demonſtrabis, illis tamen inter mentem luceſcere incipiet, ne dubita: eoq́; lubentiùs hanc illis operam, ut è verborum corticibus excuſſos rerum nucleos oſtendas, præſta.*

*Quod ut tantò tibi faciliùs accidat eadem rerum nomenclatura, vernaculè accuratè facta, tibi & tuis datur parata, typis quoq́; deſcripta.*

*Abſolves igitur Vernaculam hanc rerum nomenclaturam (prælegendo, præexplicando, moxq́; examinando, & à Diſcipulis idem exigendo) ipſemet, intra unum & alterum, tertiumq́; menſem, ſat egregia laude, ſpoliis ampli, ſi omnes tuos omnia illa promptiſſimè legere, (nam & vernaculos Lectores promptos requirimus) recteq́; intelligere effeceris. Latinum interpretari textum, in quem è vernaculo immediatè venietur,) non tuum erit, ſed diſcipulorum: tu tamen, quomodo illi verba verbis accomodent (reſpondent enim alter alteri textus ad verbum) attendas, & ſi quid fortè errabunt, revocabis. Illis quippe hic actio. Tibi directio mandatur.*

*Pertranſito ſic iterum (duorum triumqve Menſium ſpatio) Latino Textu, ut Verba & res intelligant, & memoriâ teneant, veniant ad Grammaticam Veſtibularem: quam ſic illis explicabis, ut ſingulis capitellis ſua adjungas Exercitia, cujus rei rationem, ſicut & Dictionarii praxin, ſubjectis ibidem breviſſimis Hypomnematis docebo.*

*Nunc reliqua officii tui munia in aphoriſmos contraham.*

I. Libro alio quàm claſſico ne utere: neque tui.

II. Lectionibus & exercitiis omnibus ſemper ipſe adeſto, tuique omnes adſint, ſemper videto.

III. Omnes ama, omniumque profectus opta, & quære, proſopolepſiam ignora; multo vero magis invidiam, Nihil in his Encyclopediæ rudimentis ſcies tu, quod ignoraut tui. Si enim ſcierint; tibi cedet laudi & illis: ſi neſciverint, tibi dedecori, non illis. Vel unus negligens & inductus repertus, ſufficiens contra diligentiam tuam erit teſtis.

IV. Inter operas neminem aliud agere permitte, oculos & aures ſemper illis obverte, obvertereque ſuos tibi, & rei quæ agitur, adige. Nempe jam hunc jam illum (eos maximè quibus fidei minimè, ſunt enim quædam ingenia vaga) interrogando, examinando, emendando.

V. Qualiter ſe quis inter operas gerit, taliter tu erga illum. Induſtrios ama, & ſubinde collauda, deſides increpa, nec tamen odio habe, ſed inſtantiùs urge.

VI. Si quid valdè obſervandum monere habebis, id non niſi imperato ſilentio efferes, ut attentè excipiatur ab omnibus: mox ab aliquibus, quid dixeris, & quo ſenſu, repoſcens.

VII. Qualibet hora prælege, quod idem mox legant illi: & explica, quod idem explicent illi: & inſpectantibus illis fac, quòd idem mox faciant illi. Tibi enim ubique prætio mandatur: ſed cum attentione, an te præeuntem ſequantur, & an ſic, ut aſſequantur. Alioqui fruſtrà præibis, ſi non illi ſequantur: fruſtrà ſequentur, ſi non aſſequantur.

VIII. Aſſequentur autem ſi nihil dilucidum, (aut benè dilucidatum) ad ſpectandum propoſueris; nihil niſi factu proclivo, juſſeris: progrediariſque cum illis lentè: nec aliter permittas illos: Præcipitantiam ubique dedocenda eſt Juventus, aſſvefacienda circumſpectioni.

IX. Hærentem quemcunque, juvet quicunque, ſi nemo, tu.

X. Si quem tardum vides, tolera, ad ingenioſiores tranſi, donec & tardior ille aſſequatur. Pudebit enim tandèm non aſſeqvutum videri.

XI. Balbutire latinè ſi qui volunt, (loqui enim nondum ſciunt) ne prohibe, ſed neque coge. Faſtidimus plerumque impetrata, negata, cupimus.

XII. Ad novas lineas nunquam tranſi, niſi penſo priore rectè ſubacto, idque eo fine, ut ne quid perfunctoriè prioribus adjectum, in ruinam ponatur ſequentibus.

Addo: Quia quid tu hoc loco ſtruis, toti Encyclopædiæ fundamentum dare debet, tibi totam illam (ſicut & ſequentibus Collegis tuis) notam eſſe debere: ut quicquid cum Diſcipulis agitis, lux univerſalis emicet, Veſtraſque ſtellulas, ſicut ſolis radii Planetas ſuos, colluſtret.

*Hanc ſi quæris rationem, diligentis Magiſtri explebis numeros, laudemq; mereberis, & ulterioribus Adolescentulorum ſtudiis consules optimè, Vale.*

A.M.N.MUZEUM KÖNYVTÁRA

IN VE-

---

# I N VESTIBULUM LINGVARUM | A' Nyelveknek TORNATZABAN

## I. Invitatio. | I. Hivatal.

| | |
|---|---|
| *Veni Puer.* | Jővel Gyermek. |
| 2. *Loquar tecum de re neceſſaria, ſuper omnia.* | Szólok te veled ſzűkséges dologról, mindenek felett. |
| 3. *Loquere: audio.* | Szólj: meghallom. |
| 4. *Visne ſapiens eſſe?* | Akarſzé Bőltsé lenni? |
| 5. *Quid iſtuc eſt, Sapientem eſſe?* | Mitsoda az, Bőltsé lenni? |
| 6. *intelligere omnia; rectè agere omnia; & rectè loqui de omnibus.* | Erteni mindeneket; igazán tselekedni mindeneket; és igazán ſzólani mindenekről. |
| 7. *Volo: ſed quis dabit hoc mihi?* | Akarok: de ki adja azt énnékem? |
| 8. *Deus, & converſatio cum ſapientibus vivis & mortuis.* | Az Iſten, és a' tárſalkodás az élő és hólt bőltsekkel. |
| 9. *Quibus vivis? Præceptoribus.* | Mitsoda élőkkel? a' Tanitókkal. |
| 10. *Et quibus mortuis?* | Es mitsoda hóltakkal? |
| 11. *illis qui ante nos* | Azokkal a' kik mi e- |

*vixe-*

| | |
|---|---|
| *vixerunt, & loquuntur nobiscum adhuc in libris.* | lốttünk éltenek, 's még ſzólanak mi velünk a' kőnyvekben. |
| 12. *Satisne id? Satis.* | Elégé az? Elég. |
| 13. *Modo Deum ora, præceptori pare, libros ama.* | Tsak Iſtennek kőnyőrőgj, a' tanitónak engedj, a' kőnyveket ſzereſſed. |
| 14. *Sed ut intelligas ſapientes illos.* | De hogy meg értsed azokat a' bőltseket. |
| 15. *Diſce ſermonem, quô ſcripſerunt.* | Tanúljad a' beſzédet, mellyel irtanak. |
| 16. *Nempè Latinam lingvam* | Tudnillik a' Deák nyelvet. |
| 17. *Quæ pulchra eſt, & communis populis, facitque doctos.* | A' melly ſzép, és kőzőnſéges a' népnél, 's túdósokat téſzen. |
| 18. *Quis docebit me illam?* | Ki tanit meg engemet arra? |
| 19. *Ego, auxilio Dei.* | En, Iſten ſegitségével. |
| 20. *Idque viâ facili, diviſâ in tres gradus.* | Kőnyű úton pedig, a' melly három réſzekre oſzol. |
| 21. *In primo ponemus omnia ejus fundamenta.* | Az elsőben téſzſzük le annak minden fundamentomit. |
| 22. *In ſecundo erigemus totam neceſſariam ejus ſtructuram* | A' máſodikban fel emeljük annak egéſz ſzükséges alkotmányát. |
| 23. *In tertio addemus* | Az harmadikban hoz- |

*omnia*

| | |
|---|---|
| *omnia ejus ornamenta.* | zá adjuk mindennémű ékeſségét. |
| 24. *Illud primùm abſolvemus in hoc primo libello.* | Amaz elsőt el végezzük ebben az első kőnyvetskében. |
| 25. *Quem nunc ſummis in manum* Veſtibulum *lingvæ dictum.* | A' mellyet moſt véſzeſz kezedben; melly nyelvnek *Tornátzának* mondatik. |
| 26. *Secundum abſolvetur proximè ſequenti libro.* | A' máſodik el végeztetik a' leg kőzelebb kővetkező kőnyvben. |
| 27. *Apello* Januam *lingvæ.* | Melly nyelvnek *Ajtajának* neveztetik. |
| 28. *Tertium in tertio.* | Az harmadik az harmadik kőnyvben. |
| 29. *Quem vocabimus* Atrium *lingvæ.* | Mellyet hivunk nyelvnek *Pitvarának.* |
| 30. *Atque inde immittam te in* Palatia *authorum.* | Es innét bé botsátlak tégedet a' kőnyv iróknak *Palotájokban.* |
| 31. *Hoc eſt: libros ſcriptos ſapientèr.* | Az az: a' bőltsen irt kőnyvekben. |
| 32. *Ut ipſe quoque fias ſapiens, prudens, eloquens.* | Hogy te is légy bőlts, okos, ékesen-ſzóló. |
| 33. *Difficultas ne terreat te.* | A' dolognak nehéz vólta el ne ijeſzen tégedet. |
| 34. *Qui cupit, capit* | A' ki kiván (tudni) |

*omnia.*

| | |
|---|---|
| *omnia.* | mindeneket, meg fog az |
| 35. *Si principium difficile.* | Ha a' kezdeti nehéz. |
| 36. *Medium erit facile* | A' közepi könnyű léſzẽ. |
| 37. *Finisque jucundus.* | A' vége gyönyörűſéges. |
| 38. *Qui benè diſtingvit, benè docet.* | A' ki jól meg-külömbözteti a' dolgokat, jól tanit. |
| 39. *Et qui benè attendit; benè diſcit: hoc non fallit.* | Es a' ki jól reá figyelmez; jól tanúl; ez nem tsal-meg. |
| 40. *Eja aggredere in nomine Dei!* | Noſza fogj hozzá Iſten nevében! |

## II.
# DIVISIO RERUM.
## A' DOLGOKNAK
### *El oſztáſa.*

| | |
|---|---|
| 41. *Omnia, aliquid, nihil, habent ſua nomina.* | Mindennek, valaminek, ſemminek, vagyon nevek. |
| 42. *Omnia ſunt: Deus, mundus, homo.* | Mindenek: Iſten, világ, ember. |
| 43. *Aliquid eſt: res, modus rei, motus.* | Valami: dolog, módja a' dolognak, mozgás. |
| 44. *In rebus eſt: totum pars, defectus.* | A' dologban vagyon: egéſz, réſz, fogyatkozás. |
| 45. *In motu: causa, vis, inſtrumentum.* | A' mozgásbã vagyon: ſzerző ok, erő, eſzköz. |
| 46. *Pars eſt: dimidium fruſtum, mica.* | A' réſz: fél, darab, morſa. |

*In*

| | |
|---|---|
| 47. *In toto eſt: principium, medium, finis, ordo, tempus, locus.* | Az egéſzben vagyon: kezdet, közép, vég, rend, idő, hely. |
| 48. *In ordine eſt: numerus, menſura, pondo.* | A' rendben vagyon: ſzám, mérték, font. |
| 49. *In tempore eſt: momentum, mora, hora, dies, ſeptimana, menſis, annus, ſeculum, ævum* | Az időben vagyon: ſzempillantás, kéſedelẽ, óra, nap, hét, hólnap, eſztendő, ſzáz eſztendő, örök idő. |
| 50. *In die eſt: mane, meridies, veſpera, crepuſculum, nox, aurora.* | A' napban vagyon: reggel, dél, eſtve, eſt-hajnal, éjtſzaka, hajnal. |
| 51. *In anno ſunt: ver, æſtas, autumnus, hyems.* | Az eſztendőben vagyon: tavaſz, nyár, őſz, tél. |
| 52. *In loco: ſpatium, diſtantia, terminus, & quatuor plagæ mundi.* | Az helyben: tágaſság, távol létel, határ, és e' világnak négy réſzei. |
| 53. *Rerum origo eſt: natura, ars, caſus.* | A' dolognak eredeti: terméſzet, meſterſég, történet. |
| 54. *Res ipſa eſt: corpus, ſpiritus, larva.* | A' dolog: teſt, lelki állat, ál ortza. |
| 55. *In corpore ſunt: materia, forma, ſuperficies.* | A' teſtben vannak: materia, forma, felső ſzin. |
| 56. *Spiritus eſt: anima, angelus, diabolus, quorum habitacula ſunt: elementum, cœlum, orcus.* | A' lelki állat: ember lelke, angyal, ördög, a' kinek lakó helyek: éltető állat, ég, pokol. |

*Ele-*

57. *Elemementa ſunt: ignis, aër, aqua, terra.*
Az éltető állatok: tűz, levegő ég, viz, föld.

58. *In æthere ſunt: ſidera: à quibus veniunt: calor & frigus, æſtus & gelu.*
Az égben vannak: tsillagok, a' mellyektől ſzármaznak: meleg és hideg, hévſég és fagy.

59. *Sidera ſunt: ſol, luna & aliæ ſtellæ.*
A' tsillagok: nap, hóld, és más tsillagok.

60 *In ſole ſunt: Lux, radius, lumen. Sine lumine eſt: umbra, caligo, tenebræ.*
A' napban vannak: világoſság, ſúgár, fényeſség, fényeſség nélkűl vagyon: árnyék, homály, ſetétség.

61. *Ab igne venit: ſcintilla, flamma, fumus & fuligo. In igne ſunt: torris, pruna, favilla. Poſt ignem manet: titio, carbo, cinis.*
A' tűztűl vagyon: ſzikra, láng, fűſt és korom. A' tűzben vagyon: tűzes űſzög, eleven ſzén, tűzes hamu. A' tűz után marad: fűſtölgő űſzög, hólt ſzen, hamu.

62. *In aëre eſt: Ventus eurus, auſter, favonius, boreas. Item: vapor, nebula, nubes, iris.*
A' levegő égbe vagyon: ſzél, nap keleti ſzél, déli ſzél, nap nyugoti ſzél, éſzaki ſzél. Iſmét: pára, köd, felyhő, ſzivárvány.

63 *E nube veniunt: pluvia, nix, grando, ros, pruina, manna, fulgur, tonitru, fulmen.*
A' felhőbűl léſznek: eſső, hó, jég eſső, harmat, zuzmaráz, manna, villámás, mennydörgés, mennykő.

---

64. *Aqua fluens eſt: ſcatebra, fons, rivus, amnis, flumen, torrens.*
A' folyó-viz: forrás, kút fő, patak, kerengő folyó viz, nagy folyó-viz, zuhogó patak.

65. *Stans aqua: palus, ſtagnum, lacus, mare.*
Az álló viz: láp, álló tő, folydogaló tó, tenger.

66. *In flumine eſt: fluentum, fundus, gurges, aut vadum.*
A' folyő vizben vagyon: folyamat, fenék, örvény avagy gázló.

67 *In mari eſt: unda, fluctus, abyſſus, aut inſula.*
A' tengerben vagyon: hab, habzás, mélyſég, avagy ſziget.

68. *Ex aqua fit: gutta, bulla, ſpuma, glacies.*
A' vizbűl léſzen: tsep, buborék, tajték, jég.

69 *Juxta aquam: ora, ripa, littus.*
A' viz mellett vagyon: ſzél, viz part, tenger part

---

70. *In terra eſt: ſpecus, ſuper terram: mons, vallis, campus.*
A' földben vagyon: barlang, a' föld felett: hegy, völgy, mező.

71. *In campo ſunt: grumus, tumulus, collis.*
A' mezőben vannak: göröngy, domb, halom.

72 *Terra cum aqua ſunt: uligo, lacuna, limus, lutum. Terra ſine aqua: gleba aut pulvis.*
A' vizenyős föld: ſeppedék, motsár, hig ſár. A' ſzáraz föld: rög, avagy por.

73 *Terra ipſa eſt: argilla, creta, rubrica.*
A' föld: agyag, fejér kréta, veres kréta.

74 *E terra veniunt: minera, ſtirps, animal.*
A' földbűl léſznek: olvadható állat, tsemete, Lelkes állat.

75. *Minera eſt: ſuccus metallum, lapis.*

Az el-olvadható állat: nedveſség, értz, kő.

76. *Succus mineralis eſt: ſal, alumen, nitrum ſulphur, vitriolum, ſuccinum.*

El-olvadható állat: ſó, timſó, ſalétrom, kénkő, gálitzkő, gyanta.

77. *Metallum eſt: plumbum, ſtannum, ferrum, æs, aurum, argentum, argentum vivum.*

Az értz: fekete ón, fejér ón, vas, réz, arany, ezüſt, kén esö.

78. *Factitia metalla ſunt: chalybs, orichalcum, electrum.*

Tsinált értz nemek: atzél, velentzei réz, bádog.

79. *Lapis eſt: arena, glarea, ſerupus, ſaxum, ſilex, cos, marmor, magnes, gemma.*

A' kő: föveny, porhanyó kő, követs, termés kő, kova, fénykő, márvány-kő, magnes, drága kő.

80 *Gemmæ ſunt: adamas, ſaphirus, rubinus, ſmaragdus, jaſpis, &c.*

A' drága kövek: gyémánt, ſaphir, rubint, ſmaragd, jáſpis, &c.

81 *Gemmis ſimiles ſunt: vitrum, cryſtallū, unio, (margarita) corallium.*

A' drága kövekhez haſonlók: üveg, kriſtály, gyöngy, kaláris.

82. *Stirps ſeu planta eſt: herba, frutex, arbor, Item: fungus.*

A' tsemete avagy plánta: fű, zöldellő tsemete, élő fa, Iſmét: gomba.

83. *In arbore eſt: radix, truncus, ſtipes rami.*

Az élő fában vannak: gyökér, törsök, töke, ágak.

84. *In ſtirpe: cortex, liber, medulla, In ramo: frons, folium, flos fructus*

A' tökében: fahéj, fa- *liber* hártya, faſzéki, Az ágban: zöld ág, levél, virag gyümölts.

85 *Herba eſt: gramen, olus, fruges*

A' fű páſit, kerti vetemény, gabona.

86 *Gramen eſt: mucilus, urtica, lappa*

A' páſit: moh, tsalán, lapu.

87 *Olera nobis dant vel folia: ut braſſica, lactuca, naſturtium, vel fructum: ut cucumis, cucurbita, melo, ſemina: ut papaver, aniſum cuminum, vel radices: ut rapa, ſiſer, raphanus, cepa, allium, porrum.*

A' kerti vetemények teremnek vagy leveleket mint a' káposzta, ſaláta, torma. avagy gyümöltsöt: mint az ugorka, tök, görög dinnye, vagy magokat: mint a' mák, ániſ, kömény, avagy gyökereket: mint a' répa, ſárga répa, retek, veres hagyma, foghagyma, párhagyma.

88. *Fruges ſunt: legumina & frumenta.*

A' gabonák: hüvelykes vetemények, és fejes vetemények.

89 *Legumen habet: caulem & ſiliquas, ut ſunt: faba, piſum, lens, vitia, cicer.*

Az hüvelykes veteményben vagyon: ſzár, hüvelyk, a' mellyek: bab, borsó, lentse, lednek, bagoly borsó.

90 *Frumentum habet culmum & ſpicam, aut paniculum.*

A' fejes veteményben vagyon: ſzár és gabona fő, avagy bojt, (kaláſz)

91. *Spiceum far eſt:*

A' kaláſzos gabona:

| | |
|---|---|
| *Triticum, ſiligo, hordeum, ardor, panicu-latum far: avena, milium, panicum, fagopirū, oryza.* | búza, ros, árpa, tzirok, bojtos gabona: zab, köles, tatárka, török búza, riskáſa. |
| 92. *In ſpica eſt: granū, gluma, ariſta. Inter frumenta reperiuntur: zizania, lolium.* | A' gabona főben vagyon: mag, polyva, kaláſz. A' fejes vetemények között találtatik: konkoly, tákláſz. |
| 93. *Frutices terreſtres ſunt: corylus, ſambucus, roſa, vitis, rubus, ſentis, & in ſente ſpina.* | A' zöldellő tsemeték: mogyoró fa, bodza, róſa, ſzőlő tű, tsipke bokor, és a' tövis bokorban tövis. |
| 94. *Frutices aquatici: juncus, (ſcirpus) matta, cāna, (arūdo v. calamꝰ)* | A' vizi zöldellő tsemeték: káka, gyékény, nád. |
| 95. *Suffrutices vocantur: carduus, ſaliva, ruta.* | Apró tsemetéknek neveztetnek: bogátskoró, ſállya, ruta. |
| 96. *Arbores ſunt: tilia, ſalix, alnus, fagus, betula, pinus, abies, è quibus ſtillat: gummi, reſina, pix. Quercus dat glandes.* | Élőfák: hárſfa, fűzfa, egerfa, bikfa, nyirfa, fenyőfa, jegenyefa, a'mellyekből tsepeg: matskaméz, mezge, ſzurok. A' tserfa makkokat terem. |
| 67. *Arborum fructus ſunt: pomum, nux, bacca.* | Az élőfának gyümöltsei: lágy hajú gyümölts, kemény hajú gyümölts, apró gyümölts. |
| 98. *Poma ſunt: malum, pyrum, ficus, perſicum, prunum, ceraſum.* | Lágy hajú gyümöltsök: alma, körtvély, fige, baratzk, ſzilva, tseréſznye. |
| 99. *Nuces ſunt: avellana, juglans, caſtanea.* | A' kemény hajú gyümöltsök: mogyoró, olaſz dió, geſztenye. |
| 100. *Baccæ ſunt: mora, oliva, fragum.* | Az apró gyümöltsök: ſzederj, olajfa gyümölts, eperj. |
| 101. *In fructu eſt: petiolus, putamen, pulpa, nucleus.* | A' gyümöltsben van: tsutka, héj, húsosbél, magbél. |
| 102. *Sylva eſt: nemus, ſaltus, dumus.* | Az erdő, berek, liget, tsere. |

---

| | |
|---|---|
| 103. *In animali eſt: Vita, ſenſus, motus, & ſexus. In ſexu eſt: mas & fæmina, & ab his fœtus.* | A' lelkes állatban vagyon: élet, érzékenyſég, mozgás, és nézésnek külömſége, a' nézésnek külömbſégében vagyon: him és nőſtén, és ezektől fajzat. |
| 104. *Animal eſt, vermis, inſectum, ſerpens, avis, piſcis, quadrupes.* | A' lelkes állat, féreg, apró féreg, tsúſzó állat, madár, hal, négy lábú állat. |
| 105. *Vermis eſt: lubricus, hirudo, eruca, tinea, teredo.* | A' féreg: giliſzta, nadály, hernyó, moly, ſzú. |
| 106. *Inſectum eſt: pediculus, lens, pulex, cimex, formica, aranea,* | Az apró féreg: tetű, ſerke, balha, palatzka, (tsimaz) hangya, pók, tipu- |

*tipula, ſcorpio.*

vizi pók, ſcorpio.

107. *Serpentia ſunt: angvis, draco, lacerta, quæ habent venenum.*

A tsúſzó állatok: vizi kigyó, ſárkány, gyék, a' mellyeknek vagyon mérgek.

108. *In ave eſt: penna & pluma, ala & cauda, roſtrum & ingluvies. Ab ave: nidus, ovum, pullus.*

A' madárban vagyon: toll és pelyh, ſzárny és fark, orr és begy. A' madártól: féſzek, tojmány, tsirke.

109. *Aves domeſticæ: gallus, gallina, capo, anas, anſer, olor, pavo, columbus.*

Az házi madarak: kakas, tyúk, kappan, rétze, (katsa,) lúd, hattyú, páva, galamb.

110. *Aves circa domũ: paſſer, hirundo, pica, graculꝰ, cornix, ciconia.*

Az ház körül lévő madarak: veréb, fetske, ſzarka, ſzajkó, varju, golya.

111. *Campeſtres aves: alauda, coturnix, perdix, tarda, grus, &c.*

A' mezei madarak: patsirta, fürj, fogoly madár, túzok, daru, &c.

112. *Sylveſtres: attagen, phaſianus, tetrao, turdus, ſturnus, merula, cuculus, turtur, upupa.*

Az erdeiek: tsáſzár madara, fátzán, fú, húros madár, ſeregély, rigó, kakuk, gerlitze, babuk.

113. *Oſcines ſunt: luſcinia, carduelis, luteola, fringilla, parus, parix, &c.*

Az éneklők: fülemile, tengelitz, ſármány, pinty, páris, tsíz, &c.

114. *Rapaces aves: aquila, milvus, vultur, accipiter, falco, niſus, corvus.*

A' ragadozó madarak: ſas, héja, ſaskeſelyő, ölyv, ſólyom, karoly, holló.



115. *Aquaticæ aves: fulica, mergus. Circa aquas volans: ardea, gavea, motacilla.*

A' vizi madarak: ſzártsa, búvár. A' vizek körül repeſnek: gém, gödény, barázda billegető.

116. *Aves nocturnæ: bubo, ulula, veſpertilio.*

Ejjeli madarak: bagoly, huhogató bagoly, denevér.

117. *Inſecta alata ſunt: culex, muſca, apis, veſpa, crabro. Item: papilla, bruchus, ſcarabæus, locuſta, cicada, grillus.*

Apró ſzárnyas férgek: ſzúnyog, légy, méh, darás, ló darás. Iſmét: lepke, tsere bogár, ſzarvas bogár, ſáska, ptrütsök, őſzi féreg.

118. *In piſce eſt: ſquama, pinna, branchiæ.*

Az halban vagyon: haj, ſzárny, kopótó.

119. *Piſces fluviatiles: alburnus, perca, lucius, carpio, angvilla, &c. Marini: halec, balena.*

A' folyó vizi halak: fejér keſzeg, ſigér, tsuka, potyka, ángolna, &c. Tengeriek: hering, tzethal.

120. *Piſcibus ſimiles ſunt: cancer, concha, oſtrea, cochlea, limax, lampetra.*

Az halakhoz haſonlók: rák, tekenős tsiga, oſtriga, tekergős tsiga, ſárban élelő tsiga, tsík.

121. *Quadrupes eſt: vel pecus & jumentum, vel fera & beſtia. In quibus ſunt: pili aut villi, lana aut ſetæ, & propter fœtum, uterus, uber, mamma.*

A' négy lábú állat: vagy apró barom és öreg barom, avagy vad és fene beſtia. A' mellyekben vannak: ſzőrök avagy fürtök, gyapjú avagy ſerték, és á' fajzásért: méh, tőgy, tsets.

122. *Pecora ſunt: vacca, taurus, vitulus, ovis, aries, agnus & vervex, capra, hircus, hædus & caper, ſus, (porcus) nefrens, verres, & majalis.*

Az apró barmok: tehén, bika, borjú, jú, kos, bárány és örű, nőſtény ketske, bak, gödölye és ketske bak, diſznó, süldő, kan és ártány.

123. *Jumenta ſunt: equus, bos, aſinus, mulus, camelus, elephas. In equo eſt: juba, penis, ungula.*

Az öreg barmok: ló, ökör, ſzamár, öſzvér, teve, éléfánt. A' lóban vagyon: ſerény, fark, köröm.

124. *Feræ majores habentes cornua & luſtra ſunt: bubulus, alces, cervus, caprea, &c.*

Az öreg vadak kiknek ſzarvok és barlangjok vagyon: bial, belén, ſzarvas, vad ketske.

125. *Feræ minores, habentes rictus & ungves & foveas: vulpes, lepus, cuniculus, ſimia, erinaceus, ſciurus, talpa, mus. Et domeſticæ: canis & felis.*

Az apró vadak, kik agyarkodók és körmöſök 's lyukakban laknak: róka, nyúl, ürge, (tengeri nyúl) majom, ſüldiſznó, evet, vakondok, egér. Es háziak: eb és matska.

126. *Feroces beſtiæ: leo, tigris, pardus, urſus, lupus, aper.*

Kegyetlen vadak: oroſzlán, tigris, párdutz, medve, farkas, vad kan.

127. *Quadrupes aquaticum: fiber & lutra. Item rana & teſtudo.*

Vizi négy lábú állat: hód és vidra. Iſmét: béka, tekenős béka.

128. *Homo ætate eſt: infans, puer, adoleſcens, juvenis, vir, ſenex, puella, virgo, mulier.*

Az ember idejére nézve: tsetsemő, gyermek, ſel ſerdűlt, ifjú, meg-állapadott idejű, vén, leány, ſzűz leány, aſzſzonj vén aſzſzony.

129. *Membra corporis caput, truncus, artus.*

A' teſtnek tagjai: fő, derék, külső tagok, izek.

130. *In capite: vertex, capilli, (crines) in facie: frons, oculi, naſus, tempora, genæ, aures, os, labia, mentum.*

A' főben: fő tető, hajak. Az artzúlatbã: homlok, ſzemek, orr, vak ſzemek, ſzem héja, fülök, ſzáj, ajakok, áll.

131. *In oculo: pupilla, palpebræ, cilia. Supra oculum: ſupercilia. Ex oculis ſudant lacrymæ.*

A' ſzemben: ſzemfénj ſzem ſzőrök, ſzemhéj. A' ſzem felett: ſzemöldökök. A' ſzemekből könyvek tsordúlnak-ki.

132. *In naſo ſunt: nares. In ore: bucca, palatum, lingva, gingiva, faux.*

Az orrban vannak: orr lyukak: A' ſzájban: pofa ſzáj odva, nyelv, iny, nyeldeklő.

133. *In collo ſunt: guttur & cervix.*

A' nyakban: torok és nyak ſzirt.

134. *In corporis trunco ſunt: pectus, venter, tergum, (dorſum) latera. In ventre: umbilicus. In tergo: humeri, lumbi, nates.*

A' teſtnek derekában vagyon: melly, has, hát, oldalak: Az hasban: köldök: Az hátban: vállak, ágyékok, alfel.

135. *Artus ſunt: manus & pedes.*

A' külső tagok: kezek és lábak.

136. *Partes manus: brachium, cubitus, pu-*

A' kéznek réſzei: kar, könyök, ököl, tenyér és

*gnus, palma & vola, digiti & pollex. Sub brachio verò axilla.*

marok, ujjak és hüvelyk. A' kar alatt pedig hónalj

137 *Digitus habet: articulos, cõdilos, ungves.*

Az ujjak réſzei: izetske, bötykö, köröm.

138 *Partes pedis: coxa & femur, genu & poples, crus & ſura, talus & planta.*

A' lábnak réſzei: forgó tsont és tzomb, térd és térd hajtás, ſzár és láb ikra, boka és talp.

139. *Planta rurſum habet: calcaneum, ſolum, digitos, hallum.*

A' talpnak réſzei: ſark, talp fenék, ujjak, láb hüvelyk.

---

140 *Oſſa capitis ſunt: calva ſeu cranium, malæ, maxillæ, dentes.*

A' fönek tsontyai: agy kaponya, ortza, tsont, áll kaptzák, fogak.

141 *Oſſa trunci: ſternum, ſcapulæ, ſpina dorſi, coſtæ, os ſacrum.*

A' déréknak tsontyai: melly, tsont, vállapotzkák, hátgerintzi, oldaltsontok, kereſzt tsont.

142 *In oſſibus eſt: medulla. Circa oſſa ſunt: membranæ. Inter oſſa, cartilago.*

A' tsontokban vagyó: velö. A' tsontok körül vannak: hártyák. A' tsötok között, portzogó.

---

143. *Carnoſæ partes in corpore ſunt: musculi, viscera, canales.*

A' teſtben való húſos réſzek: árva hús, belsö öreg réſzek, tsatornás réſzek.

144 *Viscera in capite ſunt: cerebrum, in pectore cor & pulmo, in ventre: ventriculus, jecur, fel, lien, renes, veſica.*

A' felsö öreg réſzek: a' föbë agyvelö, a' mellyben ſziv és tüdö, az hasban: gyomor, máj, epe, lép, vesék, hójjag.

145. *Canales ſunt pro habitu trachea, pro alimento gula, inteſtinum, iliaq; in alvo pro humoribus, venæ, arteriæ, nervi, in quibus ſunt: ſanguis, pituita, bilis.*

A' tsatornás réſzek: a' lehelletért való a' gége, az eledelért torok, öreg bél és apró bél, az hasbã, a' nedveſſégekért valók az erek, élet erei, inak, a' mellyekben vannak: vér, takony, ſár.

146. *Alimenti deſiderium dicitur fames & ſitis, excrementum ſuperflui eſt ſaliva, muc?, ſudor, urina & ſtercus.*

Az eledelek kévánáſa éhſég és ſzomjúſág, a' fenn maradt réſznek ſepreje, nyál, piſzok, veríték húgy és ganéj

---

147 *Senſu percipitur color, ſonus, odor, ſapor voluptas aut dolor. Dum ſenſus quieſcunt, ſomnus eſt & ſomnium.*

Erzékenyſéggel tartatik meg: a' ſzín, hang, ſzag, íz, gyönyörüſég avagy fájdalom. Mikor az érzékenyſégek nyúgoſznak, álom és álmodozás vagyon.

148. *In mente eſt: ratio, voluntas, animus.*

Az elmében vagyon: okoſság, akarat, kedv.

149 *A ratione veniunt: ingenium, intellectus, memoria.*

Az okoſságtól vagyó: gyors elme, értelem, emlékezet

150. *A voluntate ſunt affectus, amor vel odium, gaudium vel mæ-*

Az akarattól vannak: indúlatok, ſzeretet avagy gyülölſég, öröm a-

ven- ror,

*ror, ſpes vel mœtus, favor vel ira, zelus vel faſtidium.*

vagy ſzomorúſág, reménſég avagy félelem, jóakarat avagy harag, buzgóſág avagy unalom.

151. *Ab animo eſt: faſtus, audacia, temeritas, pœnitudo.*

A' kedvtől vagyon: negédſég, bátorság, vakmerőſég, meg-bánás.

152. *Defectus in corpore ſunt: nævus, labes, tuber, plaga, vulnus, ulcus.*

A' teſtben való fogyatkozáſok: jegy, motsok, tsomó, tsapás, ſeb, fekély.

153. *Nævi in cute ſunt: lichen, lentigo, ruga, tubera, veruca, ſtruma, gibbus.*

A' bőrőn való jegyek: ſzeplő, apró veres ſzeplő, tsomók, ſzőmőlts, golyva, púp.

154. *A plaga eſt: vibex livor, tumor. A vulnere: cruor, cicatrix.*

A' tsapáſtól vagyon: verés hely, kékſég, dagadás. A' ſebtől: alutt vér, ſeb hely.

155. *In ulcere eſt: ſanies, tabum, pus, vomica. Parva ulcuſcula ſunt: pusulæ, puſtulæ, pupulæ, morbilli.*

A' fekélyben vagyon: véres genetség, ért genetség, ev, vőlgy. A' fekéllyetskék: fakadék, kelés, bobortsó, orbántz.

156. *Morbi interni ſunt: tuſſis, febris, calculus, tabes, hydrops, rabies, &c.*

A' belső nyavalyák: horút, hideg lelés, kő, ſzáraz betegſég, viz kórſág, dühődés, &c.

157. *Lues contagiosa: ſcabies, lepra, ſcorbutus, peſtis, &c.*

A' ragadó fekély: rű, bél poklosſág, iny rothadás, dög halál, &c.

158. *Monſtrum, gigas, pumilio, &c.*

A' tsuda: orias, törpe.

159.

159. *Ruſticus habet: hortos, agros, pascua, prata, villam.*

A' paraſzt embernek vagyon: kertye, ſzántó földe, legelő mezeje, rétje, majorja.

160. *Circa hortum eſt: agger, planca, ſepes, & in ſæpe: pili, (ſudes) virga. Inſtrumenta Hortulani. ligo, pala, bipalium.*

A' kert körűl vagyon: töltés, palánk, ſővény, és a' ſővényben: karók, veſzſzők. A' kertéſz eſzközei: kapa, lapát, két ágú kapa.

161. *In agro eſt: aratrũ ſulcus, occa, ſemen, ſeges, meſſis. In meſſe: falx, merges, merga. Poſt meſſem: ſtipula, acervus.*

A' mezőben vagyon: eke, barázda, borona, mag, vetemény, aratás. Az aratásban: ſarló, kéve, mereglye. Az arátás után: tarló, aſztag, (kalangya)

162. *In prato creſcit: fœnum & cordum, ad quæ ſunt: ſecula, raſtrũ, furca.*

A' réten nő: ſzéna és ſarjú, mellyekhez valók, kaſza, gereblye, villa.

163 *In villa eſt: horreum, ſtabulum, pabulum, & in horreo: tritor, palea, ſtramen.*

A' majorban vagyon: tsűr, pajta, abrak, és a' tsűrben: tséplő, polyva, ſzalma.

164. *Stabulum eſt: equile, caula, hara. In ſtabulo verò: præsepe, crates, linter.*

A' pajta: ló iſtálló, akol, diſznó ól. A' pajtában pedig: jáſzol, ſaroglya, válu.

165. *In corte eſt: ſimus quisquiliæ, feſtucæ, tricæ, ſterquilinium.*

A' tyúk ólban vagyon: ganéj, ſzemet, ſzálkák, tyúk lábára akadozó nyűg, ganéj verem.

166 *Paſtor habet: gregem, pedum, flagrum, peram. Et accipit à pecore: lac, butyrum, caſeum.*

A' páſztornak vagyő: nyájja, botja, oſtora, táskája. Es az aptó baromtól véſzen, tejet, vajat, ſajtot.

167. *In alveari eſt: examen apum, quod facit favum & ceram.*

A' méh kasban vagyon: raj méh, melly tsinál, lépes mézet és viaſzat.

168 *In mola eſt: farina, furfur, ſaccus. In piſtrino: pila & pilum, ex his pultes & alicæ.*

A' malomban vagyon: liſzt, korpa, ſák. A' ſzáraz malomban: kölyű és törője, és iſmét pépek és liſzt káſa.

169. *Apud piſtorem: cribrum, mactra, maſſa, furnus, panis, ſimila, & in pane: cruſta ac medulla.*

A' ſütőnél: ſzita, dagaſztó teknő, téſzta, ſütő kementze, kenyér, ſemlye és a' kenyérben: haja avagy béli

170. *Apud piſcatorem eſt: hamus, eſca, naſſa, rete, ſagena.*

Az haláſznál vagyon: horog, étető, varſa, háló, meritő háló.

171. *Apud aucupem: pertica, viſcus, fiſtula, laqueus, eſca, cavea.*

A' madaráſznál: pózna, lép, ſip, tőr, eledel, kalitka.

172 *Apud venatorem caſſes, vari, venabulũ, ſcorbs.*

A' vadáſznál: vadáſz hálók, iſtápok, vadáſz dárda, verem.

173. *Apud lanionem: farcimen, perna, lárdũ, arvina, adeps, ſebum.*

A' méſzárosnál: hurka ſódor, ſzalonna, hájsír, ſadgyú.



174. *Apud coquum: opſonium, jus, aromata. Aromata ſunt: piper, zingiber, crocus, ſaccharum, acetum.*

A' ſzakátsnál: főtt étek lév, fűſzerſzámok. A' fűſzerſzámok: bors, gyömbér, ſáfrány, nádméz, etzet.

175. *Culinaria ſupellex ahenum, lebes, catillus, veru, craticula, ſartago, colum, catinus, trua*

A' konyhai eſzköz: üſt, vas fazék, tálatska, nyárs, roſtély, ſerpenyő, lév ſzűrő, tseber.

176. *Potus eſt: vinum, cereviſia, mulſum, & alia temeta.*

Az ital: bor, ſer, méhſer, és más réſzegitő italok.

177. *In vinea eſt: vitis palmes, pampinus, paſtium, torcular.*

A' ſzőlőben vagyon: ſzőlő tő, ſzőlő veſzſző, ſzőlő levél, kétágú kapa ſajtó.

178. *Ex uvis fit: muſtum, ex acinis lora, è fece vinum crematum, è polenta & lupulo, cereviſia.*

A' ſzőlőkből léſzen: muſt, a' törkölyből lőre, a' ſeprőből égett bor, a' ſzaladból és komlóbúl, ſer.

179 *Amictus antiquorum fuit: cucullus, bracca, carbatiæ.*

A' régiek öltözete vólt: tsuklya, ſzukmány, telekes botskor.

180. *Nunc tegumentum capitis eſt: pileus, mitra, vitta, &c. Corporis: induſium, caligæ, thorax vel tunica, toga vel pallium, aut*

Moſt a' főnek fedele: ſüveg, tsch ſüveg, főkötő, &c. A' teſtnek fedele: ing, nadrág, foſzlány avagy dolmány, felső ruha, paláſt avagy ſuba, a'

*chlæ-*

*chlæna pedum, calcei vel ocreæ.*

lábok nak fedele: tzipelösök avagy ſaruk.

181. *In thorace ſunt: manicæ, laciniæ, uncinuli & fibulæ, aut noduli, ligulæ, faſciæ.*

A' foſzlányban vannak: ujjak, ruha allya, horog kaptsok és kaptsok, avagy gombotskák, ſzalak-ſzijak, kötők.

---

182. *Apud netricem ſunt: linum vel cannabis, ſtupa & flocci. Item colus & fuſus, filum & glomus.*

A' fonónál vagyon: len avagy kender, tsepű és pih. Ismét guſaly és orsó, fonal és gombolyag.

183. *Ad textorem defertur tela, à textore refertur linteum, ex quo fiunt interulæ, collaria, muccinia.*

A' takátshoz vitetik, föt fonal, a' takátstól viſzſza vitetik váſzon, a' mellyből léſznek ingek, gallérok, keſzkenők.

184. *Apud ſartorem, pannus, forfex, acus, digitale. In veſte eſt: ſutura, limbus aut lemniscus, fimbria & gremium, plica & ſinus.*

A' ſzabónál, poſztó, olló, tű, gyűſzű. A' ruhában vagyon: varrás, ſinór avagy rojt, prém és alja, rántz és kebel.

185. *Apud ſutorem, corium, ſubula, acia, modulus. Apud pellionē pellis & pellicium.*

A' vargánál bőr, ár, ſertés fonal kapta. A' ſzőtsnél: béllésnek való bőr ködmön.

186 *Habitacula olim: ſpelunca, tabernaculū, augurium, poſt a caſa, domus, palatium.*

Lakó helyek régen: barlang, ſátor, kunyhó, az után kalyiba, ház, palota.

*Apud*

187. *Apud fabrum lignarium: ſecuris, aſcia, terebra & ſerra, lignū, tignum, aſſeres, & ex ligno aſſulæ, ſcobs, in ligno autem foramen.*

Az átsnál: fejſze, bárd, fúró és fűréſz, fa, létz, deſzkák, és a' fából forgátsok, fűréſz por: a' fában pedig lyuk.

188. *Apud lapidiariū: amuſſis, regula, norma, circulus, cælum, tudes. Apud murarium lateres, calx, murus.*

A' kő-faragónál: tsapó ſinór, egyenes mérték, ſzegelet mérték, tzirkalom, véső, ſulyok. A' kő-mivesnél: téglák, méſz, kő-fal.

189. *In ædificio eſt, fundamentum, paries, tectum, clavi & copulæ, columnæ & pilæ, quæ ſi cadunt, rudus eſt.*

Az épületben vagyon: fundamentom, fal, padlás, (ház-héja) ſzegek és kötéſek, oſzlopok és támaſzok, a' mellyek ha ledűlnek, léſzen omlás.

190. *In janua, poſtes, limen, ſuperliminare.*

Az ajtóban, ajtó-felek, küſzöb, felső küſzöb

191. *In foribus: cardines, peſſulus, obex, catena, ſera, clavis.*

Az ajtó deſzkában: ſarkak, zár, reteſz, lántz, lakat, kólts.

192. *In feneſtra: cancelli vel clathrus, in tecto, tegulæ vel culmen.*

Az ablakban: roſtély avagy fa roſtély, az héjazatban, tserepek, ſindelyek avagy tető.

193. *In conclavi: pavimentum & laquear, in laqueari, trabes aut fornix.*

A' záros helyben: padimentom és menyezet, a' menyezetben, gerendák és bólt.

194. *Partes domus*

Az háznak réſzei: ud-



*ſunt:*

*ſunt: area, atrium, hypocauſtum, camera, culina, pennarium, fornax, focus, caminus, podium, pergula, turris, gradus, aut ſcalæ.*

var, pitvar, ſzoba, kamara, konyha, élés ház, kementze, tűzhely, kémény, folyosó, ereſz, torony, grádits avagy lajtorják.

---

el-kerűlni, el távoztatni, titkos dolgokat el-titkolni, avagy meg jelenteni és ujjal mutatni, a' kétséges dolgokat meg-bizonyitani, avagy meg-tzáfolni (hamiſſitani)

417. *Aliquid mundum inquinare, contaminare, purum maculare, maculas verò rurſùm tergere, ſordes purgare, quisquilias ſcopis verrere*

Valami meg tiſztúltat meg-undokitani, meg-motskolni, a'motskokat pedig iſmét el törleni, az otsmányſágot el-tiſztitani, a'ſzemetet ſeprővel el-ſepreni.

418. *Aquam vase haurire, è vaſe fundere, in vaſe obturare, in flumina ſiſtere.*

Vizes edénnyel meriteni, az edényből tölteni, az edényben bé dugni, a' folyó vizben meg-állani.

419. *Metalla fodere, liquare.*

Az értz nemeket, kiásni, meg olvaſztani.

420. *Ædificium fundare, ſtruere, fulcire, munire, diruere aut inſtaurare. Item clavum malleo figere, palum fiſtuca pangere*

Az épűletett fundálni, rakni, támaſztani, erőſſiteni, le rontani, av. fel-épiteni. Ismét ſzeget pőrőllyel bé űtni, karót ſulyokkal le verni.

421 *Fores aperire, vel claudere, obſerare vel reſerare.*

Az ajtót, meg-nyitni avagy bé-zárni, bé lakatolni, avagy zárjait fel-nyitni.

422. *Manus, lavare, ut niteant, nares mungere, ut ne ſtillent.*

A' kezeket meg-mosni, hogy tiſzták legyenek, az orr lyukakat fűni, hogy ne tsepegjenek.



423. *Veſtem induere & exuere, ſe pallio aut togâ amicire, cingulo cingere, faſciâ redimire.*

A' ruházatot fel-őltőzni, és le-vetkezni, magát paláſtal av. felső ruhával ruházni, övel kőrnyűl kőtni, haj fonóval ékeſiteni.

424. *Cibum eſurire, edere, vorare, ligurire. Potum ſitire, bibere, potare, & inde, jejunare, vel epulari, aut comesſari, jentare, prandere, cœnare.*

Az étket éhezni, enni, mohon enni, (faldokni) nyalakodni. Az italt ſzomjuhozni, innya, iddogalni, hörpölni, és innét böjtölni, avagy tobzódni, avagy vendégeskedni, fölöſtökömözni, ebédleni, vatsorálni.

425. *Lychnum accendere, emungere, extingvere, domum ſuffire.*

A' métset meg gyújtani, hamvát el-venni el-óltani, az házat meg fűſtölni.

426. *Animalia cicurare, ſaginare, titillare.*

A' lelkes állatokat, ſzeliditeni, hizlalni, tőrölgetni.

427. *Hominem venerari, (colere) aut temnere, lædere illum, & ei nocere, aut prodeſſe, conſulere illi, aut eum prodere, irritare aut placare.*

Az embert betsűlni, (tiſztelni) avagy meg utálni, meg ſérteni azt, és néki ártani, avagy haſználni, tanátsot adni néki, avagy őtet el árúlni, boſzſzontani avagy engeſztelni.

428 *Vigilantem, ſoporare, dormientem excitare, laborantem juvare, mœſtum ſolari, ſimplicem vexare, &c.*

A' vigyázót: el alutni, az aluvót fel-kőlteni, a' munkálkodót meg ſegiteni, a' keſeredettet vigaſztalni, az együgyűt ſzóval fogdosni, (zaklatni) &c.

429. *Ab alio aliquid, rogare & petere, poſtulare & mutuari, impetrareque.*

Máſtól valamit kérdeni és kérni, kivánni, és kőltsőn kérni, 's meg nyerni.

230 *Alteri aliquid: promittere & præſtare, ſpondere & recuſare, dare vel accipere, dicere aut privare.*

Máſnak valamit igérni és meg-tellyeſiteni. fogadni avagy meg máſolni, adni avagy venni, néki ajánlani avagy meg-foſztani.

431. *Adverſario: cedere aut reſiſtere: hoſtire & ulcisci illum, iraſci ei, aut reconciliari, bene dicere, aut maledicere.*

Az ellenkezőnek engedni avagy ellene állani, véle érdeme ſzerint bánni, és rajta boſzſzút állani, haragudni reá avagy véle meg-békélleni áldani vagy átkozni.

432. *Hoſtem expectare, operire aut fugere, vel eum terrere, arcere aut fugare, confligere cum illo, & eum affligere, vincere & vincire, captivum oſtentare, cuſtodire aut dimittere.*

Az ellenſéget várni, utánna várakozni avagy el futni előtte avagy azt el ijeſzteni, el űzni vagy el-kergetni, meg-ütközni véle, és azt meg-nyomoritani, meg-győzni és meg kőtőzni, a' foglyot mutogatni, őrizni avagy el boſsátani.

433. *Mortuum lugere & ſepelire, eleemoſynas erogare.*

Az hóltat gyáſzolni és el-temetni, és az alamisnát oſztogatni.

---

# ACTIONES HOMINIS variatæ per circumſtantias.

## *EMBERNEK KŐRNYŰL ÁLLÓ dolgokkal meg-külőmbőztetett tselekedeti.*

---

434. *Quilibet poteſt aliquid ad se trahere, à ſe dimovere, aut per vim trudere, ante ſe agere, pellere, volvere penè ſe raptare, ſecum ducere.*

Akar kitől-is lehet valamit magához vonni, magától el-mozditani, avagy erővel taſzitani, előtte hajtani, űzni, hen pergetni. háta megett hartzolni, (rángatni) magával vezetni.

435. *Super ſe ferre, portare, bajulare, ſurſùm tollere aut jactare, deorsùm ponere aut jacere, ſtatuere vel ſternere.*

Ő magán vinni, hordani, hordozni, fel-felé emelni, avagy fel hajigálni, alá felé le-tenni, vagy el-vetni. meg-állatni av. el-teriteni, (dűjteni)

436 *Adlatus aliquid flectere vel inclinare, in longum tendere, in latum pendere, in aliam partem vertere, per invicem plectere & viere.*

Oldalára valamit tekeriteni avagy hajtani, ſzéleſségre terjeſzteni, más réſzre forditani. egy máshoz foglalni, (tsatolni) és kőtni.



*Ali-*

437. *Alicubi locare, in anguſtum cogere, ex anguſto laxare, porrò urgere, per medium penetrare.*

Valaholott hellyheztetni, ſzoros helyre ſzoritani, a' ſzoroſságból tágitani, elébb izgatni, közép aránt által hatni, (menni rajta.)

438. *Domum intrare, domi habitare, è domo migrare, aliquo meare, aut alium mittere, curru proficiſci.*

Az házba bé menni, az házban lakni, az házból ki-költözni, valahová menni avagy máſt kül deni, a' kivül valók között bújdosni, lovon nyargalni, (lovagolni) ſzekeren menni.

# ACTIONES HOMINUM variatæ per diverſos ſtatus.

## *AZ EMBEREKNEK KÜLÖMBÖZŐ állapatokkal meg-külömböztetett tselekedetek.*

439 *Omnium hominum eſt aliquid curare, officio fungi, laborare, fatigari, aliquando tamen feriari, ociari, vagare, ludere, jocari licet.*

Minden embereknek kell valamire gondot viſelni, tiſztiben el-járni, munkálkodni, fáradni, néha mindazáltal dologtól meg-ſzünni, hivalkodni, dologtól üreſſedni, jádzani, tréfálódni ſzabad.

440. *Opificis eſt: o-*

A' meſter embernek

*pera-*

*perari, hoc eſt: materiam præparare, formare, firmare, polire, ornare.*

kell dolgozni, az az: a' materiát (a' miből valami léſzen) el késziteni, formálni, erőſſiteni, tiſztitani, ékeſiteni.

441. *Fabri ferrarii eſt: cudere, limare, acuere, lignarii aſciare, dolare, forare, (terebrare)*

A' kovátsnak kell verni, reſzelni, éleſiteni, az átsnak bárdolni, gyalulni, fúrni.

442. *Pictoris eſt: pingere, ſculptoris ſculpere, textoris texere, ſartoris ſarcire, ſutoris ſuere vel diſsuere, netricis carminari vel nere, tonſoris comam tondere, & pectere.*

A' kép irónak képet irni (feſteni) a' metſzőnek metſzeni, a' takátsnak ſzőni, a' ſzabónak varrani, a' vargának bőrt varrani, avagy ki-fejteni, a' fonónak gerebenleni és fonni, a' borbélynak az üſtököt borotválni és fésülni.

443. *Hortulani eſt ſepire, ſerere, plantare, rigare, runcare, (sartire) putare, corticem glubere, fructum carpere.*

A' kertéſznek kell kertelni, vetni, plántálni, öntözni, gyomlálni, metſzeni, (nyesni) haját hántani, gyümöltsét leſzaggatni.

444. *Ruſtici eſt, ſtercorare, arare, ſeminare, occare, metere, tribulare, (triturare) molitoris molere, piſtoris pinſere, depsere.*

A' paraſzt embernek kell, ganajozni, ſzántani, vetni, boronálni, aratni, tsépelni, a' mólnárnak örleni, a' sütőnek sütni, dagaſztani.

445. *Paſtoris eſt, pa-*

A' páſztornak kell, le-

*ſcere*

*ſcere & mulgere, lanionis mactare & farcire, piſcatoris piſcari, aucupis allicere & ineſcari, venatoris indagare, venari, incitare, exenterare.*

geltetni és fejni, a' méſzárosnak ölni és hurkát tölteni, az haláſznak haláſzni, a' madaráſznak magához tsalogatni és meg-étetni, a' vadáſznak nyomozni, vadáſzni, fel-űzni, bélit kivetni.

446. *Promicondi eſt, condere & promere, coqui macerare, colare, coquere hoc eſt: elixare vel aſſere, frigere vel torrere ſalire & condire.*

A' ſáfárnak kell el-tenni és elöadni, a' ſzakátsnak áſztatni, sütni, főzni, az-az, vizben főzni, avagy sütni, rántani vagy piritani, ſózni és izit megadni, (fűſzerſzámozni.)

447 *Mercatoris eſt, emere & vendere, taxare & æſtimare, aut permutare emptoris liceri debere, luere (ſeu ſolvere) mendici egere & mendicare, mendacis fingere.*

A' kalmárnak kell, kalmárkodni, az-az: venni és adni, árron tartani, és reá betsülni, avagy el-tserélni, a' vévőnek, árron kérni, tartozni, fizetni, a' koldús ſzokott koldúlni, az hazugnak valamit költeni.

448. *Aurigæ eſt rotam ungere, equos jungere & inſtigare, pondera imponere, & vehere.*

A' kotsisnak kell, a' kereket meg-kenni, a' lovakat bé fogni és hajtani, a' terheket fel-tenni és vontatni.

449. *Nautæ eſt navigare & gubernare, viatoris vadere, interdũque vadare, comitis præire aut ſequi, hoſpitis eſt, venire, manere, abire.*

Az hajóſnak kell hajókázni és hajót igazgatni, az úton-járónak menni 's néha gázolni, az útitársnak elől menni avagj követni, a' vendégnek kell jőni, meg maradni, el menni.

450. *Saturi eſt, ructare, ſingultire, ſternutare, ſcreare, ſpuere, tuſſire, ſtertere, veſire, pedere, vomere.*

A' meg-elégedetnek kell, böfögni, tsuklani, ptrüſzenteni, hákogni, pökni, horútni, hortjogni, poſzogni, fingani, okádni.

451. *Ægri ægrotare, hoc eſt: horrere, prurire, dolere, langvere, pallere, tumere, angi, ſudare, gemere, ſuſpirare, queri, quandoque & delirare, furere.*

A' beteg ſzokott, betegeskedni, az az: reſzketni, (iſzonyodni) viſzketni, fájdalmasnak lenni, (fájlalni) lankadni, ſárgúlni, dagadni, ſzorongattatni, izzadni, ohajtani, (nyögni) foháſzkodni, panaſzolkodni, néha eſzelőskődni, dühöskődni.

452. *Medici eſt curare, mederi, ſanare, pharmacopolæ medicamenta parare, emplaſtrum linere, chirurgi ſcarificare.*

Az orvosnak kell, az beteg gongyát fel venni, orvoſolni, gyógyitani, a' patikáriusnak az orvoſságokat tsinálni, flaſtromot kenni, a' ſeb gyógyitó borbélynak, köpölyözni, &c.

453. *Proci eſt: procire, (ambire,)*

A' leány nézőnek kell leányt nézni, (kedvelle-

*in-* *vir-*

*virginis nubere, parentum gignere, (generare,) matris parere, nutricis fovere, alere (nutrire,) baſiare, educare, indulgere.*

ni) a' leánynak férjhez menni, a' ſzűléknek nemzeni, az anyáknak ſzűlni, a' dajkának meleggetni, táplálni, dajkálkodni, tsókolni, fel nevelni, kedvezni.

---

454. *Præceptor debet docere, monere, hortari, exercere, arguere, caſtigare*

A' tanitónak kell tanitani, inteni, emlekeztetni, gyakorlani, feddeni, ſanyargatni.

455 *Diſcipulus diſcere, obedire, attendere, magiſtrum imitari, condiſcipulos æmulari, itē, ſcribere, legere recitare repetere, malè ſcripta delere, & ſic proficere aut vapulare.*

A' tanitványnak kell, tanólni, engedni, figyelmezni, a' meſtert követni, a' tanúló tárſaival vetekedni, iſmét, irni, olvasni, el mondani, előkérni, a' vétkes iráſokat el törleni, és igy öregbűlni a' tudományban avagy verettetni.

456. *Cantoris eſt, canere, concionatoris, concionari, præconis promulgare & prædicare, ſacerdotis ſacrificare, litare.*

A' kántornak kell énekelni, a' prédikátornak prédikállani, az hirdetőnek ki-hirdetni, kimondani, az áldozó papnak áldozni, engeſztelve áldozni.

457. *Magiſtratûs eſt, imperare, legesque ſancire, ſubditorum pa-*

A' magiſtratusnak kell parantsolni és törvényeket adni, az hatalom a-

*vere,*

*rere, legesque vereri, non fremere aut murmurare.*

latt lévőnek kell, engedni, és a' törvényeket félni, nem zúgolódni, avagy morgolódni.

458. *Domini eſt, dominari, miniſtri miniſtrare, & mercedem mereri, regis regnare, legatos legare, cum vicinis paciſci, hoſtes domare, ſtipendia diſtribuere.*

Az urnak kell, uralkodni, a' ſzolgának ſzolgálni, és a' bért érdemleni, a' királynak orſzágolni, követeket követségben kűldeni, a' ſzomſzédokkal békeſséget ſzerzeni, az ellenségeket meg hodoltatni, földöt oſztogatni.

459. *Militis eſt inſtruere ſe, explorare, pugnare, pugilis dimicare, ſagittarii collimare, & jaculari, attingere vel aberrare, furis furari, latronis necare.*

A' vitéznek kell, magát el-készíteni, kémleni, hartzolni, a' bajnoknak vini, a' nyilasnak arányozni és lőni, meg találni (a' tzélt) avagy hibázni, a' lopó ſzokott lopni, a' tolvaj, embert ölni.

---

460. *Reum auctori licet vocare, citare, accuſare reum neceſſe eſt comparere, crimenque fateri, aut negare, teſtibus fas eſt jurare & teſtari.*

A' fel-peresnek ſzabad az al-pereſt, hivni, citálni, vádolni, az al-peresnek ſzűkség elő állani, és a' vétket meg vallani, avagy tagadni, a' tanúknak ſzabad esküni, és bizonyitani, a'

*advo-*

*advocatum oportet clientem tueri, excuſare, defendere.*

prokátornak kell azt a' kinek igyét fel vállalta, őrizni, menteni, óltalmazni.

461. *Judicem ne tædeat aut pigeat vel pudeat judicare, hoc eſt: innocentem abſolvere, & ei parcere, nocentem condemnare & punire, aſſeſſores ſolent ſuffragari aut refragari.*

A' biró ne unnya avagy reſtellye: avagy ſzégyenlye itélni, az az: az ártatlant fel-ſzabaditani, és néki kedvezni, a' bűnöſt kárhoztatni, és meg büntetni, a' tanátsbéliek ſzoktak egyenlőképen vöxolni, avagy voxal kű lőmbözni.

462. *Carnificis eſt torquere ſeu cruciare, decollare, aut ſtrangulare, ſive ſuſpendere, furis pendere.*

Az hohérnak kell tsigázni avagy kinzani, fejét venni avagy fojtani, avagy fel-akaſztani, a' lopónak függeni.

463. *Mortis eſt omnia perimere & abolere, mortui livere, putrere, putere.*

Az halálnak kell mindeneket meg ölni és eltörleni, az hóltnak megkékűlni, ſenyvedni, büdöſsödni.

464 *Omnes homines decet ſapere, futura proſpicere, Deum timere, invocare, ei confiteri, & vota vovere.*

Minden emberekbez illik, böltselkedni, a' jövendőket eleve ſzemlélni, az Iſtent félni, ſegitségűl hivni, néki valláſt tenni, és fogadáſt fogadni.

465. *Sufficit, habes o-*

Már elég, minden meg



*mnia, uti reor & autumo, quæ ſi vis recte obſervare, ſapiens fies, ſi non vis, apage.*

vagyon a' mint vélem és itélem, a' mellyeket ha jól elmédben tartani akarſz, böltsé léſzeſz, ha nem akarſz, távozzál-el.

---

# VI.

# MODI ACTIONUM ET Paſſionum.

## *TSELEKEDETEKNEK ES SZENvedéſeknek módgyok.*

---

466. *Venitne? rogo an venerit? num venerit? utinam veniat! libenter veniet, forsan, imo, næ, non veniet, (haud veniet) vix, neutiquam*

El jötté? azt kérdem ha el jötté? vallyon el-jötté? vajha el jöne! örömeſt eljő, talám, ſőt inkább bizonyára, nem jő, alig, ſemmiképen nem.

467. *Ubi eſt? hic, illic, ibi, foris, intus, infra, ſupra, ubique, nuſquam Unde venis? hinc, illinc inde, &c. Quo vadis? huc, illuc, eò, foras, intro, &c. Quâ? hac, illâc, eâ.*

Hol vagyon? itt, amott, kin, ben, alatt, fel, mindenütt, ſohol, ſem, &c. Honnán jőſz? innen, onnan, amonnan. Hová mégy? ide, oda, amoda, oda ki, bé, &c. Merre? erre, arra, amarra.

468. *Quando redibis? nunc, tunc, nunquam, mox, ſtatim, citò, repentè,*

Mikor térſz viſzſza? moſt, akkor, ſoha ſem, majd, mindgyárt, hólnap, hamar, hirtelen,

*lentè, ſubitò, ocyùs, ſerò, jam, hodie, ſemper, modò, heri, nuper, dudum, olim, demùm.*

laſſan, véletlenűl, gyorſan, későn, immár, ma, mindenkor, moſt, tegnap, minap, régen, hajdan, végezetre, &c.

469. *Quamdiu manebis? diu, tamdiu, donec. dum, usque, adhuc, &c.*

Meddig maradſz? ſokáig, mind addig, miglen mig, eddig, meg-eddig.

470. *Qui? quomodo? benè, malè, ſic, ita, ut, ceu, quaſi, tanquam, inſtar ægri.*

Miképen? hogy hogy? jól, roſzſzúl, igy, úgy, a' mint, úgy-mint, mint-ha, mint beteg módgyára.

471. *Quantum? quantopere? penitus, affatim, valdè, plus, vel minus, ſatis, nimirum, parùm, magis, prorſus, ferè, penè) duntaxat, ſaltem*

Mennyire? melly igen tellyeſſéggel, bőven, igen, több, kevésbé, eléggé, felette igen, keveſsé, inkább, majd, ſzintén, tsak nem, tsak, akar tsak.

472. *Quoties venies? ſemel, bis, ter, quater, quinquies, &c. Sæpè, rarò, interdum, identidem, &c.*

Hányſzor jőſz-el? egyſzer, kétſzer, háromſzor négyſzer, ötſzör, &c. Gyakran, ritkán, néha, iſmét, ottan ottan.

473. *Quo ordine? ſimul, junctim, ſeorſim, primò, ſecundò, tandem.*

Mitsoda rendel? együtt, öſzve-foglalva, külön, elſőben, máſodſzor, oſztán.

474. *Cur? quare? ideo, temerè, fruſtrà, ultrò.*

Miért? azért, ok nélkűl, hijában, önkényén.

CIR-

VII.

# CIRCUMSTANTIÆ Rerum & Actionum.

## *A' DOLGOK ES A' TSELEKEDETEK környűl-álláſi*

475. *Omnes res aut moventur, aut quieſcũt quod movetur, movetur ab aliquo, præter aliquid, ad aliquid.*

Minden dolgok vagy mozognak, avagy nyúgoſznak, a' mi mozdúl, mozdittatik valamitűl, valami nélkűl, valámire.

476 *Vel ex aliquo, per aliquid, in aliquid*

Avagy, valamiből, valami által, vlamiben.

477. *Aut de aliquo, erga aliquid, aliquo tenus*

Avagy valami felől, valamihez, valamig.

478. *Et juxta (ſecus) aliquid, trans aliquid ſubter, (ſubtus infra) aliquid*

Es valami mellett, valamin túl, valami felett, valami alatt.

479. *Quod autem quieſcit, quieſcit vel citra, vel cis terminum, vel in termino, vel ultra terminum, aut circiter.*

A' mi pedig nyugſzik, nyugſzik az határ felől avagy az határon innen, avagy az határban, vagy az határon túl, avagy az határ táján.

480 *Et quidem apud illum, & prope illum, aut procul illo.*

Még pedig annál, avagy közel hozzá, avagy távol tőle.

481 *Moventur autẽ & quieſcunt ſimul propter (ob) aliquem, aut*

Mozognak pedig és nyúgoſznak egyſzer a' mind valakiért, avagy va-



pro

*pro aliquo, aut contra aliquem.*

lamiért, avagy valaki ellen.

482. *Ante aliquid, aut poſt aliquid, aut inter illa.*

Valami elött, avagy valami után, avagy azok között.

483. *Intra aliquid, vel extra aliqid, penes illud aut circa illud.*

Valami belöl, vagy valamin kivül, a' mellett, avagy a' körül.

484 *Cum alio, vel ſine alio, clam illo, (clam illum) vel coram illo, palam omnibus.*

Máſſal avagy a' nélkül, ö töle titkon, avagy elötte, mindenek tudtára.

485. *Quod abdidiſti in cellam, reperies in cella, quod cecidit ſub menſam jacet ſub menſa, avis quæ volavit ſuper arborem, ſedet ſuper arbore.*

A' mit a' pintzében rejtettél, meg-találod a' pintzében, a' mi az aſztal alá esett, az aſztal alatt hever, a' melly madár a' fára fel repült, a' fán ül.

## VIII. COHÆRENTIÆ RERUM & Actionum.

### *A' DOLGOKNAK ES TSELEKEDETEKNEK edgyezéſek.*

486. *Variæ rerum cohærentiæ ſic enunciantur: ego & tu, illeque ſumus homines, alii etiam (alii quoque)*

A' dolgoknak külömb külömb féle egyezéſi igy mondatnak-ki: én és te, 's ö is emberek vagyunk, máſok is.

*Aut*

487. *Aut tu fac hoc, aut ego, (vel tu, vel ego) ſive tu, ſive ego, nec ego, nec tu.*

Avagy te tselekedgyed azt, avagy én, ſem én, akar te, akar én, ſem én, ſem te.

488. *Tu potius, quam ego, (ac) non ego, ſed tu, ego ibo, tu autem (verò) mane, ille vult, at ego nolo.*

Te inkább, hogy ſem én, nem én, hanem te, én el-megyek, te pedig maradgy meg, ö akarja, de én nem akarom.

489. *Quamquam (etſi) ego ibo, veni tamen, tu quoque, ego quidem ibo, verùm tu etiam.*

Noha én el megyek, mindazonáltal jövel te-is, én el-mégyek, ugyan, de te is.

490. *Veni, ſi vis, niſi (ni) moleſtum eſt, veni ut videas.*

Jövel ha akarſz: hanem ha nehéſségedre vagyon, jövel hogy láſſad.

491 *Veniam ideo, quód videre cupiam, nempè (nimirum quippe,) amicum illum.*

El-mégyek azért, hogy látni kévánom: tudnillik azt az én barátomat,

492 *Nam dilectus eſt: (dilectus enim eſt) quia (quoniam dilectus eſt)*

Mivel ſzerelmes barátom, mert kedves barátom.

493. *Ergò ibo, (igitur ibo) deinde revertar.*

El-mégyek tehát, oſztán viſzſza fordúlok.

## IX. COMPENDIA RERUM & Verborum.

### *A' DOLGOKNAK ES A' SZOKNAK meg-röviditése.*



*Heus*

494. *Heus tu! ehem! ecce me! en habes primarias res mundi, præcipuasque voces linguæ totius.*

Hallodé te! hallom! im hol vagyok! im itt vannak e' világi első dolgok, és a' kiváltképen való ſzók az egéſz nyelvben.

495. *Itane? papæ! fuge! gaudeo, eja pergamus! ah! væ negligenti! Heu! eheu!*

Ugyé? hajja! jól vagyon! örülök rajta, noſza mennyünk elébb! ah! jaj az hivalkodónak! oh! aha!

X.

# MULTIPLICATIO RERUM & Verborum.

## *A' DOLGOKNAK ES A' SZOKNAK ſokasitása.*

496. *Omnes res multiplicant ſe magna copiâ, ſicut & verba, nam doctus doctor docet alios dociles doctrinam, certis documentis, discipulus discit disciplinas ſub diſciplina.*

Minden dolgok megſokaſittyák magokat nagy bőléggel, a' miképen a' ſzók is, mert a' túdos tanitó tanit más tanúlhatókat a' tudományra, bizonyos tanúſágokkal, a'tanitvány tanúllya, a' tanúlni való dolgokat fenyiték alatt.

497. *Ille bonum condocet, malum dedocet, ſemperque plus addocet, donec planè edocet & perdoceat, hic bonum condiscit, malum dediſcit, ſemperque plus addiscit, donec omnia neceſſaria ediscat & perdiscat.*

Emez a' jó dolgot edgyütt tanittya, a' gonoſzról el-tanittya, és ſem- mindenkor többet tanit hozzá, mig ſzintén megtanittya és által tanittya, ez a' jót edgyütt tanúllya, a' gonoſzt le-tanullya és mindenkor többet tanúl hozzá, mig minden ſzükſéges dolgokat meg-tanól, és által tanól.

499. *Beneficus benè facit multis, maleficus malè, pannifex facit pannos, armiger gerit arma.*

A' jól-tévő jól téſzen ſokakkal, a' gonoſz tévő gonoſzúl, a' poſztó-tsináló tsinál poſztókat, a' fegyver-hordozó hordoz fegyvert, &c.

500. *Qualia discis in* Janua Lingvarum, *quæ tibi jam patebit, dummodò horum uſum promptum didiceris, ope ſequentis Grammaticæ & Dictionarii.*

A' minémüeket tanólni fogſz a' *Nyelveknek Ajtajában*, a' melly tenéked immár meg fog nyilni, tsak hogy ezekkel való kéſz éléſt jól meg tanúllyad a' következendő Grammatikának és ſzókat magyarázó könyvnek ſegitségével.

FINIS.

# RUDIMENTA GRAMMATICÆ.

## CAPUT I.

### *De Literis & Syllabis.*

1. A B C D E F G H I Jod, K L M N O P Q R S T V Vau, X Y Z:

*Sunt Literæ Majuſculæ.*

2. a b c d e f g h i j k l m n o p q r ſ s t u v x y z

*Minuſculæ.*

3. Enunciantur ſingulæ ſono proprio, uniformi: præter C, G, S, T, duplici.

(*Qvod interim Præceptor uſu docebit.*)

4 Ph, legitur ut F, Phi lo ſo phi a.

5. Characteres Literarum pingẽdi ſunt pulchrè, ut ſit Scriptura legibilis. (*Exerceatur ergò*:)

6. Syllaba eſt vel unius literæ,

| | |
|---|---|
| Syllaba eſt vel unius literæ, | ut: *A*, |
| vel duarum, | ut: *Ab*, |
| vel trium, | ut: *Abs*, |
| vel quatuor, | ut: *Mons*, |
| vel quinque, | ut: *Trabs*, |
| vel ſex, | ut: *Stirps*. |

## CAPUT II. DE NOMINE.

7. Vocabula Capitis ſecundi dicuntur Nomina.

8. Eſt autem Nomen, vel Maſculini generis: ut, *hic Rex.* vel Fœmini: ut, *hæc Regina.* vel Neutrius: ut, *hoc Regnum*

(*Hungarica Lingva caret genere Neutro; imò neq; Maſculinum & Fœmininum, niſi ·c diſtingvit.*)

9. Qvum Nomen per diverſas terminationes flectitur (ut *Domin us, e, i, o, &c.*, Ur, Uré, Urnak, &c.) vocatur talis terminatio Caſus.

10 Quot autem ſint Caſus, apparet ex interrogatione & reſponſione.

11. Singulariter: qvum de uno loquimur, Ita:

| | | | |
|---|---|---|---|
| (1) Quis ibi ſtat? | | *DOMIN-US*, | az Ur, |
| (2) Voca illum? | ô | *e*, | Uram. |
| (3) Cujus eſt vox, | | *i*, | az Ur-é, |
| (4) Cui ſervis? | | *o*, | Ur nak, |
| (5) Quem vides? | | *um*, | Ur at |
| (6) Cum quo ibis? | cum | *o*, | Ur-val. |

12, Pluraliter autem, qvum de pluribus loquimur, ſic:

| | | | |
|---|---|---|---|
| (1) Qui ſunt iſti? | | *DOMI-NI*, | az Ur-ak, |
| (2) Voca eos? | | *i*, | -ak. |
| (3) Quorum vox? | | *orum*. | -aké. |
| (4) Quibus ſervis? | | *is*, | -aknak. |
| (5) Quos vides? | | *os*, | -kat. |
| (6) Cum quibus ibis? | cum | *is*, | -akval. |

13. Sunt ergò Latinis (in quolibet numero) caſus ſex, qui appellantur:

| | |
|---|---|
| 1. Nominativus | 4. Dativus |
| 2. Vocativus | 5. Accuſativus (ſeu Activus) |
| 3. Genitivus (ſeu Poſſeſſivus | 6. Ablat. (ſeu Inſtrumentivus) |

14. Nominativus & Vocativus dicuntur Caſus Recti, alii Obliqui.

(Nuſquam enim differunt illi duo, niſi in Declinatione Secundæ; & quidem tantùm in iis Nominibus quæ Nominativo in US definunt, ut: Dominus, e.)

15. No-

15. Nomina generis Neutrius ſemper habent Accuſativum ſimilem rectis, deſinuntque illi tres pluraliter in *a*, ut:

Ecce Verb-um ó-um: Dic um.
Ecce Verb-a ó-a: Dic tri-a.

16. Quando Nomen per ſuos Caſus deducitur dicitur declinari, quod apud Lat fit 5 modis.

17. Agnoſcitur autem id ex Genitivo, qui Declinationes diſcriminat.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 18. Nam quæ habent in Genitivo | æ | ea ſunt Declinationis | Primæ |
| | i | | Secundæ |
| | is | | Tertiæ |
| | ûs | | Quartæ |
| | ei | | Quintæ. |

(Ideoque character hic cuilibet Nom: adſcribitur in Dictionario.)

## TYPUS Declinationis I.

| 19. *Singulariter* ſic: | | *Pluraliter* ſic: |
|---|---|---|
| Nominativo | a | æ |
| Vocativo | a | æ |
| Genitivo | æ | arum |
| Dativo | æ | is |
| Accuſativo | am | as |
| Ablativo | â | is. |

20. Sic declinabis: Aqua, Terra, Ciſta, Tabula, Menſa, Charta, Penna, Scriba, & alia ſimilia (Fœminina & Maſculina) in a, Genitiv. æ.

## TYPUS Declinationis II.

| 21. *Singulariter* ſic: | | *Pluraliter* ſic: |
|---|---|---|
| Nominat: | us, er, um | i, neutro, a, |
| Vocativo | e, er, um | i, a, |
| Genitivo | i | orum |
| Dativo | o. | is. |
| Accuſativo | um | os, neutro, a |
| Ablativo | ô | is. |

22. Ita declinabis: Dominus, Magiſter, Verbum, Herus, Famulus, Miniſter, Vir, Ager, Aratrum, Atramentum, Pomum, & alia ſimilia, Genitivum habentia in i.

## TYPUS Declinationis III.

| 23. *Singulariter*, | | *Pluraliter*. |
|---|---|---|
| Nomin | r, s, t x, &c. | es, neutro a (vel ia) |
| Vocat. | r, s, t, x, &c. | es, a, (vel ia) |
| Genit. | is | um, vel ium. |
| Dativo | i | ibus |
| Accuſat. | em (vel im) | es, neutro a, (vel ia) |
| Ablat. | e (vel i) | ibus. |

24. Sic declinabis: Pater, Mater, Mulier, Arbor, Doctor: Homo, Caput, Panis: & Neutra, Animal, Nomen, Lumen, Flumen, Marmor, Corpus & alia quæ Genit. habent in is.

## TYPUS Declinationis IV.

| 25. *Singulariter*, | | *Pluraliter*. |
|---|---|---|
| Nominativo | us | us |
| Vocativo | ús | us |
| Genitivo | us | uum |
| Dativo | ui | ibus, |
| Accuſativo | um | us |
| Ablativo | u | ibus. |

26. Sic declinabis: Arcus, Artus, Caſus, Curſus, Fructus, Saltus, Spiritus, Vultus, & alia Genitivum in ûs habentia.

Typus

### TYPUS Declinationis V.

| 27. *Singulariter.* | | *Pluraliter.* |
|---|---|---|
| Mominativo, | es | es |
| Vocativo | es | es |
| Genitivo | ei | érum |
| Dativo | ei | ebus |
| Accuſativo | em | es |
| Ablativo | e | ébus. |

28 Sic declinabis: Res, Dies, Fides, Spes, Glacies, & alia Genitivum in ei habentia.

## CAPUT III.

# DE ADNOMINE.

29. Vocabula Capitis tertii vocantur ADNOMINA, (vulgò Adjectiva nomina.)

30. Eſt autem omne Adnomen trium generum, ut: Bonus, bona, bonum.

(Hungaricè genus in Adnomine non dignoſcitur, dicimus enim perpetuò, Jó, Jó, Jó.

31. Adnomen (apud Latinos) eſt vel trium terminationum, ut: Bon us a um, &c.

32. Vel duarum terminat: ut: Brevis-is e.

33. Vel unius terminat: ut: Paup-er er-er.

(Et ſic apud Hungaros ſemper eſt unius terminationis.)

34. Adnomen habet tres gradus.

1. Poſitivum, ut, Brev-is.
2. Comparativum, ut: Brev-ior.
3. Superlativum, ut: Brev-iſſimus.

35. Quædam tamen paulò aliter, ut:

Pulch-er rior errimus, (non Pulcheriſſimus.)

Si-mil-is ior limus, (non ſimiliſſim')

36.

36. Quædam irregulariter, ut:

| | | |
|---|---|---|
| Bonus, | melior, | optimus. |
| Malus, | pejor, | peſſimns. |
| Magnus, | major, | maximus, |
| Parvus, | minor, | minimus. |

37. Adnomina declinantur cum Nominibus ſuis ut: 

| | |
|---|---|
| Bon-us | Dominus, |
| -e | -e, |
| -i | -i, |
| -o | -o, &c. |
| Bon-a | Domin-a, |
| -æ | -æ, |
| -am | -am, &c. |
| Bon-um | Vin-um, |
| -i | -i, |
| -o | -o, &c. |

38. Adnomina unius & duarum terminationum, declinantur in declinatione tertia, ut:

| | *Singulariter,* | *Pluraliter.* |
|---|---|---|
| | Fort-is is-e | es, es, ia, |
| Gen. | -is-is is | ium, |
| Dat | -i i i | ibus, |
| Accuſ: | .m em-e | es es-ia. |
| Abl, | .e vel-i | ibus. |

(Ita unius Terminationis: Paup-er-er-eris-eri-rem (neutro er) ere-eres-erum-eribus-eres- -eribus.

## CAPUT IV.

# DE PRONOMINE.

39. Voculæ Capite quarto comprehenſæ, PRONOMINA vocantur.

40. Declinantur omnia, ſed ferè irregulariter, ſic:

41. Quis,

41. Quis, Voc. caret. Gen. Cujus, Dat. Cui. Accuſ. Quem, Abl. Quo. *Plur.* caret.

42. Quid, Voc caret. Gen. Cujus. Dat. Cui. Accuſ. Quid, Abl. Quo. *Plur.* caret.

43. Ego ſum. Gen. pars mei. Dat. Da mihi. Accuſ: videt me. Abl. venit mecum. *Plural.* Nos ſumus Gen pars noſtri vel noſtrum Dat. date nobis Accuſ videres nos Abl venite nobiſcum.

44. Tu. Voc. Tu G. pars tui D. do tibi A. video te. Ablat. ibo tecum *Pluraliter* Vos. Voc. Vos. G pars Veſtri, *v.* veſtrum D. dico Vobis Accuſ video Vos. Ablat. ibo Vobiſcum.

45 Pars Sui, (Genitivus eſt, Nom neutri: & Voc caret) Dat favet ſibi Accuſ: amat ſe. Abl. cogitat Secum *Plur etiam ſic*

46. Qui, quæ quod. G Cujus D Cui Ac. Quem, quam. quod Abl. Quô quâ quô *Plur.* Qui, quæ, quæ G Quorum, quarum quorum. D. Quibus. Ac. Quos quas, quæ Abl. Quibus

47 Hic hæc, hoc G. hujus. D huic. Accuſ. Hunc, hanc, hoc Abl. Hôc, hâc, hôc. *Plur.* Hi, hæ, hæc. G. Horum, harum, horum. D. his. Ac. Hos, has, hæc. Abl. His.

48. Is, ea, id. G Ejus. D. Ei. A. Eum, eam, id. Ab Eô, eâ, eô *Plur* Ii, eæ, ea. G Eorum, earum, eorum D Eis, *v.* iis Ac Eos eas, ea A Eis *v.* iis.

(Similiter declinantur: Iſte, iſta, iſtud & Ille, illa, illud. & Ipſe, ipſa, ipſum. Nempe: G. Iſtius, D. Iſti. Ac. Iſtum, iſtam, iſtud.

## CAPUT V.
## DE VERBO.

49. Vo-

49. Vocabula Capitis quinti, dicuntur VERBA, quibus recenſetur aliquid geſtum.

50. Variatur autem Verbum ſeptem modis.

51. Primò per ſignificationem prout ſignificat aliquid eſſe, aut agere, aut pati, ut:

Humére i. e. humidum eſſe.
Humectáre i. e. humidum facere.
Humeſcere i. e. humidum fieri.

(Et ſic Verbum dicitur vel Subſtantivum; vel Activum v. Paſſivum)

52 Secundò, variatur Verbum per tres Perſonas, ut.

Ego hnmecto.
Tu humectas.
Ille humectat.

(Et ſic Verbum dicitur, primæ, vel ſecundæ, vel tertiæ perſonæ.)

53. Tertiò per numerum pluralem, ut:

Nos humectámus.
Vos humectatis.
Illi humectant.

(Et ſic Verbum eſt ſingulare vel plurale.)

54. Quartò, per tempora ſex, nempe:

1. Præſens: nunc humector.
2. Præteriens: tunc humectabam.
3. Præteritum: jam humectavi.
4 Antepræteritum, jam tum humectaveram.
5 Futurum: poſtea humectabo.
6 Futuro præteritum: cùm humectavero.

(Et ſic Verbum eſt temporis præſentis, aut prætereretuntis, aut præteriti, aut ante præteriti, aut futuri, aut futuro præteriti.)

55. Quintò, variatur Verbum per Modos quatuor: 1. Infinitivum: humectare.

2. Impe-

2. Imperativum: humecta.
3. Indicativum: humecto.
4. Subjunct ſeu Conj. ſi humectem.

( Et ſic Verbum eſt aut Infinitivi modi, aut Imperativi, aut Indicativi, aut Subjunctivi. )

56. Sextò, Variatio Verbi fit per Formas duas, Activam & Paſſivam, ut:

Pluvia humectat terram.
à Pluvia humectatur terra.

( Et ſic Verbum eſt primæ vel ſecundæ Formæ. )

57. Septimò per Conjugationes quatuor.

( Et ſic Verbum eſt primæ, aut ſecundæ, aut tertiæ, aut quartæ Conjugationis. )

58. Conjugationis character eſt Infinitivus. Nam, quæ Verba Infinitivum habent

| | | | |
|---|---|---|---|
| in | áre, vel ári | illa ſunt Conjugationis | Primæ. |
| | ére, vel éri | | Secundæ. |
| | ere vel i | | Tertiæ. |
| | ire vel iri | | Quartæ. |

( NB. Hungaricus Infinitivus, ſemper exit in ni. )

59. Eſt autem cujusque Latini Verbi Infinitivus triplex: nempè

| | | |
|---|---|---|
| Temporis | Præſentis, | Humectá-re. |
| | Præteriti, | Humecta-viſſe. |
| | Futuri. | Humecta-tum iri. |

60. Quæ tria cùm ſcire neceſſe ſit, apponuntur in Dictionario ſingulis Verbis omnia tria.

( Aut certè Indicativi præſens, præteritum & ſupinum: Humecto, humectavi, humectatum. )

61. Sicut inter Verba primum eſt ESSE, ita Conjugatio ejus reliquarũ quatuor Conjugationũ clavis eſt. Quam proinde primũ diſce.

62. I. Infinitivè dic:

| | | |
|---|---|---|
| Tu | debes | Eſſe. |
| | debuiſti | Fuiſſe. |
| | debebis | Fore. |

63. II. Imperativè:

Es vel eſto, tu: eſto ille, ſeu ſunto illi,
Eſte vel eſtote, vos: eſtote, ſeu ſunto illi.

64. III. Indicativè: in præſenti:
Sum, es, eſt: Sumus, eſtis, ſunt.

65. Indicativè in Futuro:
Ero, eris, erit: Erimus, eritis. erunt.

66. Indicativè in Prætereunte.
Eram, eras, erat: Eramus, eratis, erant.

67. Indicativè in Præterito.
Fui, fuiſti, fuit: Fuimus, fuiſtis, fuerunt.

68. Indicativè in antè Præterito.
Fueram, ras, rat: Fueramus, atis, rant.

69. IV. Subjunctivè in Præſenti.
Quòd ſim, ſis, ſit. Simus, ſitis, ſint.

70. Subjunctivè in prætereunte.
Quòd eſſem, eſſes, eſſet: Eſſemus, eſſetis, eſſent.

71. Subjunctivè in Præterito.
Quòd Fuerim, fueris, fuerit: Quòd Fuerimus, fueritis, fuerint.

72. Subjunctivè in antè Præterito.
Quòd Fuiſſem, fuiſſes, fuiſſet: Quòd Fuiſſemus, fuiſſetis, fuiſſent.

73. Subjunctivè in Futuro præterito.
Si Fuero, fueris, fuerit: Si Fuerimus, fueritis, fuerint.

74. Participia (id eſt, Adnomina ex Verbo facta

facta ) ſunt hic duo: Præſens & Futurum, ut:
Ens, entis: qui, ( quæ, quod ) eſt.
Futurus, ( a, um, ) qui, ( quæ, quod, ) erit.

75. Seqvuntur aliorum Verborum Conjugationes Quatuor: quarum terminationes ultimas diſco ex hâc Tabella:

# Typus IV. Conjugationũ forma I.

76. I. *Infinitivè.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1. | -áre, | -áviſſe, | -átum iri. |
| 2. | -ére, | -uiſſe, | -ctum iri. |
| 3. | -ere, | -iſſe, | -tum iri. |
| 4. | -ire, | -iviſſe, | itum ire. |

77. II. *Imperativè.*

| | | |
|---|---|---|
| 1. | -a vel áto, áto: | áte vel atóte, anto. |
| 2. | -e vel eto, éto: | éte vel etóte, ento. |
| 3. | -e vel ito, ito: | ito vel itóte, unto. |
| 4. | -i vel ito, ito: | ite vel itóte, iunto. |

78. III. *Indicativé in præſenti tempore.*

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | -o, | as, | at: | ámus, | átis, | ant. |
| 2 | -eo, | es, | et: | émus, | etis, | ent. |
| 3 | -o, | is, | it. | imus, | itis, | unt. |
| 4 | -io, | is, | it: | ímus, | itis, | iunt. |

79. *Indicativè in futuro tempore.*

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | -ábo, | ábis, | ábit: | ábimus, | ábitis, | ábunt. |
| 2 | -ébo, | ébis, | ébit: | ébimus, | ébitis, | ébunt. |
| 3 | -am, | es, | et: | émus, | étis, | ent. |
| 4 | -iam, | ies, | iet: | iémus, | iétis, | ient. |

80. *Indicative in prætereunte tempore.*

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 1 | -ábam, | ábas, | ábat: | abámus, | abátis, | ábant. |
| 2 | -ébam, | ébas, | ébat, | ebámus, | ebátis, | ébant. |
| 3 | -ébam, | ébas, | ébat: | ebámus, | ebátis, | ébant. |
| 4 | -iébam, | iébas, | iébat: | iebámus, | iebatis, | iébant. |

81. *Indicativè in præterito.*

1. 2. 3. 4. } i, iſti, it: imus, iſtis, erunt, vel ére.

82. *Indicativè in ante præterito.*

1. 2. 3. 4. } eram, eras, erat: eramus, eratis, erant.

83. IV. *Subjunctivè in præſenti:*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Quòd | 1. | -em, es, et: | émus, étis, ent. |
| | 2. | -eam, eas, eat: | eámus, eátis, eant. |
| | 3, | -am, as, at: | ámus, átis, ant. |
| | 4. | iam, ias, iat: | iámus, iatis, iant. |

84. *Subjunctivè in prætereunte:*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Quòd | 1. | -árem, áres, áret: | arémus, arétis, árent. |
| | 2. | -érem, éres, éret: | erémus, erétis, érent. |
| | 3. | -erem, eres, eret: | erémus, eretis, erent. |
| | 4. | -irem, ires, iret: | irémus, irétis, irent. |

85. *Subjunctivè in præterito:*

Quòd { 1. 2. 3. 4. } -erim, eris, erit: érimus, éritis, erint.

86. *Subjunctivè in ante præterito:*

Quòd { 1. 2. 3. 4. } -iſſem, iſſes, iſſet: iſſemus, iſſetis, iſſent.

87. *Subjunctivè in poſt futuro:*

Quòd { 1. 2. 3. 4. } -ero, eris, erit: érimus, éritis, érint.

88. Participia.

| Præſens, | | Futurum | |
|---|---|---|---|
| | 1. Amans, | | 1. Amatúrus. |
| | 2. Docens, | | 2, Doctúrus, |
| | 3. Legens: | | 3 Lectúrus. |
| | 4. Audiens, | | 4. Auditúrus. |

G 2 Typus

## TYPUS Conjugationum Formâ ſecundâ.

89. *Infinitivè.*

1. -ári
2. -éri
3. -i
4. -iri

} um eſſe, um iri.

90. II. *Imperativè.*

1. -áre vel átor, átor : amini, antor.
2. -ére vel étor, étor : émini, entor.
3. -ere vel itor, itor : imini, untor.
4. -ire vel itor, itor : imini, iuntor.

91. III. *Indicativè, in præſenti.*

1. -or, áris, átur : ámur, amini, antur.
2. -eor, eris, etur : émur, émini, entur.
3. -or, eris, itur : imur, imini, untur.
4. -ior, iris, itur : imur, imini, iuntur.

92. *Indicativè in futuro.*

1. -ábor, áberis, abitur : ábimur, abimini, abuntur.
2. -ébor, éberis, ébitur : ébimur, ébimini, ebuntur.
3. -ar, eris, étur : émur, émini, éntur.
4. -iar, iéris, iétur : iémur, iémini, ientur.

93. *Indicativè. in prætereunte.*

1. -ábar, abáris, abátur : abámur, abámini, abantur.
2. -ébar, ebáris, ebátur : ebámur, ebamini, ebantur.
3. -ébar, ebáris, ebátur : ebámur, ebamini, ebantur.
4. -iebar, iebáris, iebatur : iebamur, iebamini, ieban- [tur.

94. *Indicative in præterito.*

1.2 { us ſum vel fui, es vel fuiſti, eſt vel fuit.
3 4. { i ſumus v. fuim⁹, eſtis v. fuiſtis, ſunt v. fuerunt.

95. *Indicativé in ante præterito.*

1.2. { us eram v. fueram, eras v. fueras, erat v. fuerat.
3 4. { i ramus v. fueram⁹, ratis v. fueratis, rant v. fuerāt

96. IV.

96. IV. *Subjunctivè, in præſenti.*

Quòd {
1. -er, éris, étur : émur, émini, entur.
2. -ear, eáris, eátur : eámur, eámini, eántur
3. -ar, áris, átur : ámur, ámini, antur.
4. -iar, iáris, átur : iámur, iámini, iantur.
}

97. *Subjunctive in prætereunte.*

Quòd {
1. -árer, réris, rétur : rémur, rémini, rentur.
2. -érer, réris, rétur : erémur, rémini, entur.
3. -erer, réris, rétur : erémur, remini, rentur.
4. -irer, iréris, irétur : irémur, iremini, entur.
}

98. *Subjunctive, in præterito.*

Quòd { 1.2 } us ſim v fuerim, ſis v. fueris, ſit v. fuerit
Quòd { 3,5 } i ſim⁹ v. fuerim⁹, ſitis v. fueritis, ſint v. (fuerint

99. *Subjunctivè, in ante præterito.*

Quòd {
us eſſē v. fuiſſē, eſſes v. fuiſſes, eſſet v. fuiſſet.
i eſſemus v. fuiſſemus, eſſetis v. fuiſſetis, eſſent vel fuiſſent.
}

100 *Subjunctivè in poſt futuro.*

Si {
us ero v. fuero, eris v. fueris, erit v. fuerit.
i erimus v. fuerimus, eritis v. fueritis, erint v fu- (erint.
}

101. *Participia.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| Præteritum | Amátus | Futurum. | Am andus |
| | Doctus | | Doc endus. |
| | Le-ctus | | Leg endus. |
| | Audit-us | | Audiendus. |

## *NB.*

102. Quædam Verba conjungantur in utraque Forma, ut: Amo, amas, amat, &c. Et Amor, amáris, amatur. Significantque in prima Forma Activè, in ſecunda Paſſivè.

103. Quædam conjungantur tantùm in prima

Forma, ut: Sto, ſtas. ſtat, &c. Dicunturq; Verba abſoluta, (vulgò Neutra.)

104. Quædam tantùm in ſecunda forma, ut: Precor, precaris, precatur, &c. Vocanturque Deponentia.

105. Ad conjungendum quodvis latinum verbum, præſcire oportet trinum Infinitivum; qui & in Dictionario cuivis verbo apponuntur.

106. Nam ab Infinitivo præſenti fluunt omnia Tempora, usq; ad præteritum: à præterito omnia usque ad poſt futurum.

107. A Futuro verò Infinitivo formantur præterita paſſiva Participia duo.

108. Vide hoc Schema:

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| I. | Infin, | AM-are. | AMAV-iſſe | AMA-tum iri. |
| II. | Imp. | -a | -i | -tus |
| III. | Indic. | -o | -ero | -turus. |
| | | -ábo | -eram | |
| | | -ábam | | |
| IV. | Subj. | -em | -erim | |
| | | -árem | -iſſem | |

Caput VI.

# DE ADVEBIO.

109. Vocabula Capitis ſexti dicuntur Adverbia, ut: An, Num, Utinam, Libenter, &c.

110. Pauca ſunt radicalia; pleraq; formantur ab Adnominibus, ut: à Verus, verè; à Falſus, falsè: à Turpis, turpiter, &c.

(Hungaricè in an, en, on, el, ul, ül, ut: Igaz-ân, ſzép-en, álmoſ-on, jó, jol, rút-ul, ember-ül.

Caput VII.

# DE PRÆPOSITIONE.

111. Vo-

111. Vocabula Capitis ſeptimi dicuntur, Præpoſitiones: Ab, ad, cum, de, ex, &c.

(Hic reſpondente, Voculas Hungari non præponunt, ſed poſtponunt. Illis ergò veriùs dicenda eſſent Poſtpoſitiones.)

112. Præpoſitiones junguntur Nominibus, quædam in Accuſativo, ut: Ad, apud, ante, cis, (ſeu citra) circa, circiter, contra, erga, extra, inter, intra, juxta, ob, penes, per, pone, poſt, præter, propter, prope, ſecus, ſupra, trans, ultra.

113. Quædam præponuntur Ablativo, ut: Ab, (ſeu A,) Coram, Cum, De, Ex, (ſeu E,) Palam, Præ, Pro, Procul, Sine, Tenus.

114. Quatuor ſunt quæ Accuſativo & Ablativo junguntur: Clam, in, ſub, ſuper.

(*Exempla videantur Cap. VII. & l. paßim.*

115. Sunt præterea quinque, quæ ſolis Verbis præjunguntur, ut: Amb-uere, Diſ-ponere, Re-ponere, Se-ponere, Suſ-tollere.

Caput VIII.

# DE CONJUNCTIONE.

116. Conjunctiones primitivæ paucæ ſunt, circiter viginti: At, Et, Quæ, &c. Ut videre eſt in Capite VIII. Textus Veſtibularis: aliæ ſunt Derivatæ aut Compoſitæ, ut: Atque, Etiam, quoque.

Caput IX.

# DE INTERJECTIONE.

117. Voculæ, quæ aliis tantùm interjiciuntur affectûs cauſæ, aut ponuntur loco integrarum ſententiarum, Interjectiones dicuntur, ut: Heus, hem, En, Væ, &c. Quas Cap. IX digeſſimus.



Caput

## CAPUT X.
# DE MULTIPLICATIONE
## Vocum, Derivando & Comparando.

118. Vox eſt aut Primitiva, à quâ aliæ derivantur: ſicut à Radice rami. ut: Cœlum, altus, curro: & pleraque in Veſtibulo.

119. Aut eſt vox Derivata, quæ ab aliqua primitiva venit, ut: Cœl eſtis, Alti-tudo, Cur ſus: (Qualia & in Veſtibulo occurrunt, ut: * 43. 48. 53. 64. &c.

120. Aut eſt Vox Compoſita, ex duabus vel tribus ſimplicibus, ut. Cœli cola. (qui cœlum colit) Alti ſonans. Circum curro, &c. (Qualia in Veſtibulo, multa ſũt Vide * 44. 55. 104. 164. 165. 308. &c.

121. Quomodò autem Voces, per Derivationem & Compoſitionem, multiplicentur, in Lexico Januali videbis.

---

## CAPUT XI.
# DE COMBINATIONE
## Vocum in Phraſin.

122. Omnis Vox ſociatur alteri certa lege. De quo ſunt Regulæ Generales quindecim:

### REGULA I.

123. Ad oſtendendum QUID ſit, apponitur Nomini aliud Nomen, eodem Caſu, ut:

| | |
|---|---|
| Puer | Diſcipulus. |
| Dominus | Magiſter. |
| Buda | Civitas, &c. |

(*Exercitium inſtituatur talia ſimul declinando, tametſi numero, genere, & declinatione diſcrepant: Diſcrepant enim ſæpè, 1. Numero, Urbs Venetiæ. 2 Genere, Civitas Londinum, 3. Declinatione, ut Buda Civitas, Dominus Rex, &c.*

II.

### II.

124 Ad oſtendendum CUJUS quid ſit, additur nomini nomen ejus cujus res eſt, in Genitivo, ut:

| | |
|---|---|
| Diſcipulus | Grammaticæ. |
| Magiſter | Artium. |
| Civitas | Hungariæ. |

(*Exercitium. Declinentur ſimul Genitivo ſemper manente. NB. Hungaris Genitivi loco uſitatius ponitur Dativus, ut in exemplis vides.*)

### III.

125. Ad oſtendendum QUALE quid ſit, adſtruitur Nomini Adnomen ſimili Numero, Genere & Caſu, ut:

| | |
|---|---|
| Diſcipulus | Charus. |
| Præceptor | Placidus. |
| Civitas | Pulchra. |

(*Declinentur ſimul. Sed NB. Hungaricus ſermo Regulam hanc non obſervat; quia Nominum & Adnominum generibus non variatur.*

### IV.

126. Ad oſtendendum, CUI aliquid tale ſit, additur Adnomini aliud Nomen in Dativo, ut:

| | |
|---|---|
| Charus | Præceptori. |
| Placidus | Diſcipulis. |
| Pulchra | Hungariæ. |

(*Declinentur ſimul, ut Dativus maneat immotus.*)

### V.

127. Ad oſtendendum, UNDE res talis ſit, aut QUA PARTE, additur Adnomini Nomen (cauſæ vel partis) in Ablativo, ut:

| | |
|---|---|
| Charus | Obſequio. |
| Placidus | Moribus. |
| Pulchra | Situ. |

*Sic: Magnus corpore, Sapiens mente, Svavis ſermone, &c. Talia dum declinantur, Ablativus manet.*

### VI.

128. Ad oſtendendum aliquid ESSE, aut AGERE, aut PATI, additur Nominativo Verbum finitum ſimili numero & perſona, ut:

Schola eſt. Præceptor docet. Diſcipulus docetur.

*Exercitium eſt duplex; 1. Conjugatio Verbi, manente Nominativo. 2. Nominativo mutato in numerum alterum, ut: Scholæ ſunt; Præceptores docent, &c.*

VII.

129. Ad oſtendendum CUI aliquid ſit, aut fiat, additur Verbo Dativus, ut:

Schola eſt nobis. Præceptor loquitur Diſcipulis. Quiſque diſcit ſibi.

*Conjugetur Verbum, manente Dativo, aut mutetur Dativus etiam, ut: Diſcit ſibi, diſcit vitæ, aliis, &c.*

VIII.

130. Ad oſtendendum IN QUID actio tranſeat additur Verbo activo illius rei Accuſativus, ut:

Docére puerum. Diſcere lingvam. Scribere literas.

*Conjugetur Verbum, manente Accuſativo. Aut varietur etiam Accuſativus, ut: Docére pueros, Juventutem, cœtus multos.*

IX.

